D. Gregorij Nyſſeni
OPVSCVLA NONNVLLA, NVNC
primùm in LVCEM edita.

PER

R. P. FRONTONEM DVCAEVM
Societatis IESV Theologum.

QVIBVS ACCESSERVNT QVÆDAM ALIA EIVSDEM D. GREGORII ex Bibliotheca Bauarica Sereniſsimi Principis GVLIELMI vtriuſque Bauariæ Ducis, &c.

Indicem opuſculorum reperies poſt Præfationem.



Cum gratia & priuilegio Cæſareæ Maieſtatis.
INGOLSTADII
Ex Typographia DAVIDIS SARTORII.
Anno M. D. XCVI.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI ERICO A LOTHARINGIA NICOLAI COMITIS VAVDEMONTANI F. ANTONII LOTHARINGIAE DVCIS N. EPISCOPO ET COMITI VIRDVNENSI ELECTO SACRI IMPERII ROM. PRINCIPI HAEC S. GREGORII NYSSENI OPVSCVLA EX VARIIS GALLIAE BIBLIOTHECIS ERVTA ET IN ACADEMIA LOTHARINGIAE LATINITATE DONATA DVM EIVS SCHOLAS THEOLOGICAS ASSIDVITATE AC DILIGENTIA SVA RAROQVE VIRTVTVM EXEMPLO COHONESTARET, FRONTO DVCAEVS PRESB. SOCIET. IESV ET IN EAD. ACAD. SCRIPTVRAE INTERPRES NVNCVPABAT ET DEDICABAT.

AN. CHRISTI CIↃ. IↃ. XCIV.
KAL. OCTOB.

AD LECTOREM.

...TECA NAZ.
ROMA
...EMANUELE

HABES hic, amice Lector, opuſcula nonnulla D.Gregorij Nyſſeni. Primò quidem Epiſtolam contra Apollinarem ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum Latinè tantum, quia Græcè iam edita eſt. Meminit eius Synodus V. Generalis collatione 5.fol.530.& 542.edit.Colon. Profertq; illum locum; *Qui Apollinaris dogmatibus,* &c. vſque ad illa verba; *neque prædicari.* Deinde ex duobus diuerſis eiuſdem aduerſus eundem operibus multa citat Euthymius tit.13. Panopliæ; alterum appellat orationem ad Theophilum Alexandriæ Pontificem; cuius loca ab eo prolata in hac epiſtola reperiuntur: alterum orationem, qua confutat Apollinarij opiniones, ex quo item inter cætera locum vnum exſcribit, cuius ſentẽtia propè eadem eſt, quæ fragmenti alterius ex duobus, quæ infrà tibi exhibemus. Accedit Ioannes Cypariſsiotus, qui in expoſitione materiaria eorũ, quæ de Deo dicuntur, Decad.6. cap.6. adducit locum illum non procul ab initio huius epiſtolæ: *Non enim propterea, quod in nouiſsimis diebus,* &c. vſque ad illa verba: *oblatam eſſe viſionem.* Pręterea Franciſcus Turrianus in epiſtola ad Gregorium de Valentia contra Vbiquiſtas profert ex hac epiſtola hunc locum non procul à fine: *Diuinitas enim quod humile fuit,* &c. vſque ad illa verba: *vnio declaratur.* Denique hæc eadem epiſtola manuſcripta Græcè

exſtat in Bibliotheca Sereniſsimi Principis Gulielmi, Bauariæ Ducis, &c. & in pauciſsimis voculis diſcrepat ab exemplari, quo vſus eſt Ducęus, vt & ab illo, quod Lugduno Batauorum prodiit. Secundum locum obtinet libellus in illud Geneſ. 1. *Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*; qui ex antiquiſsimo Codice Bibliothecę Medicææ ac penè conſumpto, literis fugientibus, charta dilabente, erutus eſt. Ac licet in altera ex duabus homiliis, quæ adiungi ſolent B. Baſilij orationibus in Hexaemeron, ſed Nyſſeni ſunt propriæ, (non enim plures quàm nouem Suidas Baſilio tribuit) de hac quæſtione diſſeruerit Nyſſenus, hoc tamen non impediuit, quò minus vt verum opus agnoſceretur eius, illud de opificio hominis, in cuius aliquot capitibus de hoc ipſo argumento tractat; ſic neq; vetabit quidquam, quò minus hoc tanquam verum eius γνήσιον legamus. Præſertim cum notum ſit ſanctos Patres de eadem materia ſæpius ſcribere & dicere fuiſſe ſolitos. Nam argumentum de Reſurrectione noſtra & Chriſti, quoties hic idem D. Gregorius luculentiſsimè & eloquentiſsimè tractauit?

Huic libro ſuccedit epiſtola ad Theodoſium Epiſcopum de Pythoniſſa, & oratio in ſanctam Domini Reſurrectionem, de qua materia exſtant iam nonnullæ latinæ conciones inter opera diui Nyſſeni, & oratio in propriam Ordinationem, quæ etiam Venetiis in Bibliotheca Græci cuiuſdam Epiſcopi aſſeruari fertur. Decem ſyllogiſmi contra Manichęos inueniuntur itidem in Bibliotheca Bauarica: Duo fragmenta alterius operis

contra

contra Apollinarem deſumpta ſunt ex codice Bibliothecæ Medicææ, qui continebat expoſitionem in epiſtolam ad Hebræos ex multis Patrum locis contextam. In priori fragmento tractat locum illum cap.1.ad Hebræos; *Et cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli eius.* In poſteriori autem illum; *Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius.* Porrò Euthymius tit.13. hoc poſterius fragmentum deſcripſit aliquot verbis omiſsis. Et huius amplioris & grandioris contra Apollinarium, τῶν ἀντιῤῥητικῶν λόγων, voluminis meminit Nicephorus lib.11.cap.19. non autem prioris illius ad Theophilum, vt quidam imperitè hallucinatur, qui etiam in eadem epiſtola indoctè legit & edidit: τὴν σὴν ἐυχῶν τελειότητα: cum legendum ſit; τὴν σὴν ἐν χριστῷ τελειότητα, vt legit Interpres Synodi quintæ, primo loco ſupra citato; vtq; habet Codex Bauaricus. Ipſe etiam Gregorius in fine epiſtolæ ita loquitur: ζητοῦμεν δὲ παρὰ τῆς σῆς ἐν χριστῷ τελειότητος. Libellum de fato ſuppeditauit nobis Bibliotheca Bauarica; Citatur is ab Anaſtaſio Nicæno in libro Reſponſionum ad quæſtiones orthodoxorum, quæſt.18.tomo 1. Bibliothecæ SS.Patrum fol.59.& 60. ſecundæ edit. Nec tantum citatur ſed & teſtimonium ſatis prolixũ inde ab Anaſtaſio deſcribitur; Quia verò Bauaricum exemplar vnicum erat, neque id ſatis correctum, neque nomen continebat eius, ad quem Nyſſenus hunc librum miſit; ideo probabiliter aliquoties diuinandum fuit Interpreti, quidnam ſibi Gregorius velit, præſertim

initio.

initio. Ex eodem Bauarico Codice deprompſimus orationem contra fæneratores. Fragmenta ex libris contra Eunomium; quæ Ducæus ſtudioſè collegerat, omiſimus; quia in Bibliotheca Bauarica Græcè exſtant integri & quidem duodecim libri contra Eunomium; licet Ioannes Cypariſsiotus Decade 10. ca. 4. tredecim libros Nyſſeni contra Eunomium citet, ſed fortè liber duodecimus in Codice Bauarico longiſsimus, non tamen ſine lacunis, in aliis exemplaribus diſtinctus eſt in duos. Habet eadem Bibliotheca alia eiuſdem ſancti Patris egregia monumenta nondum typis excuſa; vt commentarios in Pſalmos Dauidis. Sed quia nondum exſtitit, qui è tenebris educeret, patienter illis careamus oportet, & his quæ iam publicantur, grato animo fruamur.

CATALOGVS OPVSCVLORVM GREGORII NYSSENI QVÆ HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

AD Theophilum Epiſcopum Alexandrinum aduerſus Apollinarem epiſtola, ex codice manuſcripto Ægidij Dauidis I. C. Pariſienſis.

Ex Quæſtionibus libellus in illud Geneſ. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. ex manuſc. Bibliothecæ Medicææ Reginæ Chriſtianiſſimorum Regum matris.

Ad Theodoſium epiſtola de Pythoniſſa quæ Sauli Samuelem excitauit 1. Reg. 28. ex manuſcripto libro Bibliothecæ Collegij Muſſipontani Societatis IESV, quem nobis dono dedit V. C. Iac. Bornonius Lotharingicæ Curiæ Sammichælinæ Præſes.

In ſanctam Domini reſurrectionem ſermo, ex manuſc. Æg. Dauidis.

In ordinationem ſermo, ex eodem manuſ.

Contra Manichæos decem ſyllogiſmi, ex eodem libro.

Fragmenta libri aduerſus Apollinarem, ex codicibus manuſc. Bibliothecæ Regiæ Medicææ.

Ex Bibliotheca Bauarica.

Liber de fato.

Oratio contra vſurarios.

Sanctiatris noſtri
GREGORII
NYSSENI EPISCOPI
AD THEOPHILVM EPISCOPVM ALEXANDRINVM ADVERSVS
Apollinarem epiſtola.

NON *ſæcularis tantum ſapientiæ ferax eſt magna ciuitas Alexandrinorum, ſed & ipſius veræ atq; genuinæ ſapientiæ fontes apud vos iam inde à principio manant. Quamobrem rectè vt mihi quidem videtur, ſeſe res habebit, ſi quibus ad ea quæ recta ſunt promouenda plus ſuppetit virium, ab iis ad myſterium veritatis tuendũ plus ſubſidij conferatur. Vt enim ait vſpiam ſublime Euangelium, Cui multum datum eſt, plus repetent ab eo. Itaque meritò feceris, ſi omnem quæ in te eſt ex gratia diuina, et in Eccleſia tua virtutem falsò nominatæ ſcientiæ oppoſueris eorum qui ſemper aliquid noui contra veritatem comminiſcuntur, à quibus ea quæ ſecundum Deum eſt ſocietas dirimitur, magnum autem & venerabile Chriſtianorum nomen ſilentio inuoluitur atque in humanas appellationes Eccleſia diuiditur, quodq; omnium eſt indigniſ-*

digniſſimum tum gaudent homines cùm ab iis, quos in errore duces ſequuntur nouum ſe nomẽ inueniſſe cognouerint. Ac ſi quidem fieri poſſet, vt omnino votum propheticum perficeretur & deficerent peccatores à terra & iniqui, ita vt nõ eſſent, res ea foret omnibus præferenda: poſtquam autem præualent iniquorum ſermones quibus contra veritatem ab aduerſarij adiumentis vires dantur, præclarè nobiſcum agi videbitur, ſi mala ſaltem imminuere atque impedire poſſimus: ne quæ in dies efferuntur deteriorum rerum incrementa longius prouehantur. Quid autem hæc verba ſibi volunt? Qui Apollinaris dogmatibus fauent reprehenſionibus in nos paratis, res ſuas ſtabilire conantur carnale verbum, atque ſeculorum conditorem hominis filium & mortalem filij deitatem facientes. Proferunt enim tanquam quibuſdam in Catholica Eccleſia duos filios colentibus in dogmate, vnum quidem ſecundum naturam, alterum autem ſecundum adoptionem poſtea acquiſitum: neſcio à quo talia audientes, aut cum qua perſona luctantes, nondum enim cognoui qui talia effutiret. Veruntamen quoniam iſtam proponentes aduerſum nos cauſam, ex eo quod videntur tale flagitium impugnare, ſuas opiniones corroborant, bonum eſt vt tua in Chriſto perfectio prout tibi in mentem iniecerit Spiritus ſanctus, eorum occaſiones amputet, qui quærunt aduerſus nos occaſiones, & perſuadeat eis qui per calumniam hæc Eccleſiæ Dei crimini vertunt, nullum eiuſmodi apud Chriſtianos eſſe dogma neq; prædicari. Non enim propterea quod in nouiſſimis diebus in

terris viſus eſt conditor ſeculorũ & cum hominibus conuerſatus eſt, ideo duo filij in Eccleſia numerantur, vnus conditor ſeculorum, & alter qui in conſummatione ſeculorum per carnem humano generi apparuerit. Etenim ſi quis ex vnigeniti filij Dei apparitione in carne, quæ diſpenſationis cauſſa facta eſt, colligat editum fuiſſe filium alterum, is dinumeratis etiam omnibus quæ ſe viris ſanctis obtulerunt apparitionibus ante vnigeniti Dei filij incarnationem, & iis quæ poſt illam ſanctis rurſus oblatæ ſunt, pro numero diuinæ manifeſtationis multitudinem ſtatuet filiorum, eritq; illi vnus quidem filius ille qui cum Abrahamo colloquutus eſt, alter verò qui Iſaaco apparuit, & qui cum Iacobo pugnauit, alius etiam & diuerſus, qui variis apparitionibus Moyſi ſe oſtendit in lumine, in caligine, in colũna nubis, in viſione facie ad faciem, in poſterioribus: alius rurſus filius qui cum Moyſis ſucceſſore in acie ſtetit; & alius qui Iobum per turbinem alloquutus eſt, quique in excelſo throno Eſaiæ apparuit, & qui humana ſpecie ab Ezechiele oratione deſcriptus eſt, quiq; poſt illa Paulum in luce circumfulſit, & qui ante iſtud in monte Petro in excelſiore gloria apparuit. Quod ſi hoc abſurdum planéque impium eſt, vt pro numero diuerſarum apparitionum vnigeniti filij Dei tot etiam filios aſsignemus, parem profecto abſurditatem incurrit is, qui ex apparitione per carnem ad conſtituendum alterum filium arripit occaſionem. Sic enim cenſemus pro modulo facultatis eorum qui diuinas apparitiones excipiebant: ſemper illius ſuprema ac præſtantiſsima

naturæ oblatam eſſe viſionem: maiorem quidem ac Deo dignioremhis qui aſſequi ſublimitatem illam poterant, minorem verò atque ordinis inferioris iis qui maioris capaces non erant. quocirca neque ſimili ratione atque in præcedentibus apparitionibus in diſpenſatione ſecundum carnem generi humano ſeſe offert. Verùm quoniam omnes, vt inquit propheta, declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt neq; erat, ſicut ſcriptum eſt, qui poſſet intelligere, & perquirere ſublimitatem diuinitatis, propterea, vt magis carnali generationi appareat vnigenitus filius caro ſit, ſeq; pro exiguitate eius à quo excipitur contrahit, vel potius, vt cum ſcriptura loquar, ſeipſum exinanit: vt quantum capit natura, tantum excipiat. Illam enim generationẽ præter cæteras quæ præceſſerant, damnationi obnoxiam fuiſſe palam ex Domini voce didicimus cum iis tolerabiliores Sodomitas ac Niniuitas fuiſſe dicit, & Reginam Auſtri generationem illam in reſurrectione condemnaturam Dominus pronũtiauit. Enimuero ſi omnes vt Moyſes caliginem ingredi potuiſſent, in qua vidit Moyſes, quæ ſpectari non poſſunt, aut quemadmodum ſublimis ille Paulus ſupra tres cœlos attolli atq; in paradiſo de ſecretis doceri rebus, quæ verbis efferri non poſſunt, aut cum illo Zelo ardente Elia curru igneo in locum æthereum transferri, neq; corporis mole ac pondere grauari vel cum Ezechiele atque Eſaia ſedentem, in gloriæ throno contueri, aut ſupra Cherubim ſublatum aut à Seraphim collaudatum, nihil penitus opus fuiſſet, hac Dei ſecundũ carnem apparitione ſi tales omnes fuiſſent.

ſent. ſed quoniam, vt inquit Dominus, *generatio praua & adultera erat illa generatio, praua quidē, quod, ſicut ait* Euangelium, *totus mundus in maligno tum poſitus eſſet. adultera verò quod optimum ſuum ſponſum deſeruiſſet eiq́ʒ qui per improbitatem animas adulterio polluit, fuiſſet commixta. Quam ob cauſſam verus medicus qui malè habentes curat: prout medicinam morbus exigebat, ita laboranti ſollicitudinem ſuam & curationem adhibuit, vt quodammodo ſimul æger ipſe ad naturæ noſtræ ægritudinem ſe conformaret & caro fieret quæ natura ſua ac ſubſtantiæ inſitam habet infirmitatem, vt nobis* Dei *ipſius verba teſtantur, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Idcirco *ſi quod immortale eſt & potens in mortali & infirmo, & in mutabili & corruptibili, quod immutabile eſt & incorruptibile manere permiſit mortale in mortali, corruptibile in corruptione, & alia in aliis eodē modo, meritò quis binarium numerum in filio* Dei *obſeruarit, cum vtrumque eorum, quæ contraria ratione ſpectantur ſeparatim apud ſe numerauerit. ſin autem mortale in immortali poſitum immortalitas factum eſt pariterq́ʒ corruptibile in incorruptionem mutatum eſt, aliaq́ʒ omnia pari ratione in impatibilitatem quandam diuinitatemque conuerſa ſunt quis locus relinquitur eorum commentis, qui in differentiam duorum id quod vnum eſt diuidunt. Verbum enim & ante incarnationem & poſt diſpenſationem in carne verbum, & erat & eſt, itemq́ʒ* Deus *& ante formā ſerui, & poſt ipſam eſt* Deus, *verumq́ʒ lumen. Si ergo immobilis*

lis & immutabilis Deo conueniens omnis notio de vnigenito ſemper & cernitur, & eſt ipſe idem, eodem modo ſe habens apud ſe, qui fieri poteſt, vt ab vllo cogamur eius apparitionem per carnem binarium filiorum numerum appellare perinde quaſi hic quidem filius ſit qui erat ante ſecula, ille autem per carnem alius filius Deo fuerit in lucem editus? Nos enim naturā quidem humanā verbo coniunctam ſeruatam eſſe ex myſterio didicimus & credimus. Filium autem Dei carnalem eſſe & priuatim apud ſe ſpectari neq; didicimus, neque vnde id colligi poßit intelligimus. Nam neq; quod peccatum & maledictum propter nos factus ſit, vt inquit Apoſtolus, Et infirmitates noſtras acceperit, vt Eſaias teſtatur, peccatum apud ſe non ſanatum, & maledictum & infirmitatem dereliquit, ſed mortale quidem abſorptum eſt à vita, crucifixus autem ex infirmitate viuit ex virtute, & maledictum in benedictionem mutatum eſt, & quicquid in natura noſtra infirmum eſt, & caducum diuinitati commixtum in id euaſit, quod ipſa eſt diuinitas. Vnde ergo fieri poteſt, vt alicui binarius iſte filiorum numerus in mentem veniat tanquam ex neceßitate ab ipſa diſpenſatione in carne ad eiuſmodi opinionem impulſo? Qui enim ſemper eſt in patre, ſemperq; patrem in ſe ipſo habet ipſiq; vnitus, ſicut & olim erat, ita & eſt & erit, & aliud ab illo filius neque erat neque fuit, neq; adeo erit, primitiæ verò naturæ humanæ, quas iam omnipotens diuinitas aſſumpſit, vt dixerit quiſpiam apta ſimilitudine vſus, tanquam aceti gutta quædam immenſo mari

com-

commixta, ſunt illæ quidem in diuinitate, non tamen in peculiaribus ſuis proprietatibus, ſic enim binarius filiorum numerus colligi poſſet, ſi ineffabili in diuinitate filij diuerſi generis natura quæpiam peculiaribus ſuis inſignita notis agnoſceretur, ita vt hoc quidem infirmum eſſet aut paruum aut corruptibile aut momentaneum, illud verò potens & magnum & incorruptibile atque æternum. Quando autem, omnibus immutatis, in diuinitatis proprietatibus, quæcunq; in mortali cum mortali ſtatu cerni poſſunt, in nullo differentia comperitur. Quicquid enim filij videt quiſquam, diuinitas eſt, ſapientia, virtus, ſanctificatio, impaſsibilitas, qui fieri poteſt vt quod vnum eſt in notionem duplicem diuidatur cum nulla ſit differētia, qua numeri diſtinctio nitatur. Diuinitas enim quod humile fuit, ſuperexaltauit & ei quod humano more nominabatur, largita eſt, vt ſuper omne nomen eſſet: quod ſubditum & ſeruum erat, Dominum regemq; fecit ſicut & Petrus inquit, Dominum eum & Chriſtum fecit Deus. Per Chriſtum enim regnum intelligimus, & propter exactam vnionem aſſumptæ carnis & aſſumentis diuinitatis cōmunicantur & mutuò dantur nomina, ita vt & humanum ex diuino & diuinum ex humano denominetur. quapropter & qui crucifixus eſt Dominus gloriæ à Paulo vocatur, & ille qui ab omni creatura cœleſtium, terreſtrium & infernorum adoratur, Ieſus nominatur. his enim vera indiuiduáque vnio declaratur, ex eo quod & ineffabilis gloria diuinitatis filij appellatione deſignetur: cum omnis caro confiteatur

&

& lingua, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris, ita vt qui crucis tormenta ſit paſſus & clauis confixus ac lancea vulneratus, à Paulo gloriæ Dominus appelletur. Si ergo quod humanum eſt non in proprietatibus naturæ eſſe oſtenditur, ſed gloriæ Dominus eſt, neque ideo quis binos gloriæ dominos auderet affirmare cum vnum eſſe didiciſſet Ieſum Chriſtum per quem omnia, vnde quæſo nobis binarium numerum filiorũ obiiciunt, aut confictam in nos accuſationem tanquam ſpecioſam occaſionem ad ſuas ſtabiliendas opiniones prætexunt? Hæc ſunt igitur quæ ad defenſionem noſtram afferre poſſumus: à tua verò in Chriſto perfectione maius ac perfectius ad propugnandam fidem ſubſidium exigimus: ne qua illis anſa ad veritatem inſectandam relinquatur, qui ex noſtra reprehenſione ſua commenta corroborant.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἀπόρων περὶ τοῦ τί ἐστι τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ καὶ κατ' ὁμοίωσιν.

Οἱ τὴν ἑαυτῶν ἀπλανῶς τοῦ προσώπου θεόκτιστον ὡραι-
ότητα κατανοεῖν βουλόμενοι, οὐκ ἄλλως πῶς τὴν οἰκείαν
εἰκόνα, καὶ τοῦ προσώπου τὸν χαρακτῆρα ἐνοπτρίζεσθαι δύναν-
ται, ἀλλ' ἢ διά τινος καθαρωτάτου ἐσόπτρου, ἐν ᾧ τὴν οἰκείαν
τῆς ὄψεως εἰκόνα προσεγγίζοντας ἐν ἑαυτῷ καὶ δι' αὐτοῦ ὁρῶσι
τεχνικῶς ἔνδον ἀντίμιμόν τινα χαρακτῆρα κατ' εἰκόνα καὶ
καθ' ὁμοίωσιν ἑαυτῶν. οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ
πρὸς τὴν θείαν ἀκτῖνα τοῦ νοεροῦ ἡλίου ἀτενίσαντες ἐκεῖθεν
ἐναργῶς τὸ ἀποσκίασμα καὶ τὴν μορφὴν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ
κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τῆς ἡμετέρας καταμάθωμεν
φύσεως. ἔστι γάρ ἐστιν, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατα-
σκευὴ φοβερά τις καὶ δυσερμήνευτος, καὶ πολλὰ καὶ ἀπό-
κρυφα ἐν αὐτῇ μυστήρια θεοῦ ἐξεικονίζουσα, καὶ ὥσπερ ἡ τοῦ
ὀφθαλμοῦ φύσις, τὰ μὲν ἐκτὸς ἑαυτῆς εὐχερῶς κατανοεῖ,
ἑαυτὴν δὲ κατανοῆσαι ὁποία ἐστὶν οὐ δύναται, οὕτω παντὶ
ὀφθαλμῷ ἀνθρωπίνης διανοίας δυσθεώρητος καὶ δυσκατά-
ληπτος ὁ τῆς ἡμετέρας δημιουργίας λόγος καθέστηκε· συντε-
λέσας γὰρ ὁ κτίστης τὸν ἁπλοῦν καὶ νοερώτατον τῶν ἀορά-
των δυνάμεων κόσμον, μεθ' ὃν καὶ τὸν ὑλικὸν τοῦτον καὶ ὁρώ-
μενον τὸν ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκείμενον, τότε φησί,
ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίω-
σιν, καὶ ποιεῖ ζῶον, ὥσπερ τινὰ μικτὸν κόσμον συγγενῆ τῶν
δύο κόσμων ἐξ ἀσωμάτου καὶ ἀθανάτου καὶ ἀφθάρτου ψυχῆς
καὶ ἐξ ὑλικοῦ καὶ ὁρωμένου τετραστοίχου σώματος συγκείμε-
νον: οὕτινος γινομένου πάλιν φησὶν ἡ γραφὴ ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ

θεὸς

Eiuſdem, ex quæſtionibus de eo, quid ſit, ad imaginem Dei & ad ſimilitudinem?

QVI conditam à Deo vultus ſui pulchritudinem certiſsimè volunt cognoſcere, non alia opinor ratione propriam imaginē formamq́ faciei contemplari poſſunt, quàm mundiſsimi cuiuſdā ſpeculi opera, cui ſpeciem oris ſui admouentes, in eo & per ipſum intus formā quandam, velut ex æmulatione repræſentatam ad imaginē & ſimilitudinem ſuam clarè intuentur. Et nos igitur tanquā in ſpeculo quodam conuerſis ad diuinum ſpiritalis ſolis radium oculis inde manifeſtè adumbratā ſpeciem formā & imaginem illius, quod in natura noſtra eſt ad imaginē ſimilitudinemq́ Dei, diſcamus. Eſt enim, eſt inquam, vt mihi quidem videtur, hominis creatio & ſtructura formidabilis atq́ ad interpretandū difficilis, multaq́ & recondita Dei exprimit in ſe myſteria. Et quemadmodum oculi natura facilè quidem ea, quæ ſunt extra ſe, percipit, ſeipſam ſuamq́ qualitatē non poteſt capere: ſic & omni humanæ mentis oculo, viſu cognituq́ difficilis eſt ratio noſtræ creationis. Poſtquam enim ſimplicem maximeq́ ſpiritalem virtutum inuiſibilium mundum creator abſoluit, & poſt illum hunc etiam materialem & aſpectabilem ex quatuor elementorum corporibus conflatum, tunc ait; Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinē noſtram; & animal condit quaſi mixtū quendā mundū duobus mundis cognatū, ex incorporea & immortali & incorruptili anima

θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν θεὸν δὲ λέγει τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ διάφοροι γνῶμαι περὶ τούτου τοῖς ἐξηγηταῖς ἐῤῥήθησαν· οἱ μὲν γὰρ τὸ ἀρχικὸν καὶ ἐξουσιαστικὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν εἶπον. ἕτεροι δὲ τὸ νοερὸν καὶ ἀόρατον τῆς ψυχῆς. ἄλλοι τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀναμάρτητον, ὅτι γέγονεν ὁ Ἀδὰμ, ἕτεροι προφητείαν αὐτὸ εἰρήκασι περὶ τοῦ βαπτίσματος, ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοὶ ἔνια περὶ τούτου εἰπεῖν, καὶ πρῶτόν γε πάντων ἐκεῖνο ζητῆσαι ἄξιον, τὸ, τί δήποτε μὴ μᾶλλον τοὺς νοεροὺς καὶ ἀΰλους, καὶ οὐρανίους, καὶ πλησιοθέους ἀγγέλους ὠνόμασεν ὁ θεὸς κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ; καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀρχικὸν καὶ ἐξουσιαστικὸν πάσης τῆς γῆς, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου αὐτοὶ ἔχουσι, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον· ὁμοίως καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ τὸ ἄϋλον καὶ τὸ ἀόρατον, καὶ τὸ καθαρὸν, καὶ πάντα ὅσα ἄλλα ἐγκώμια περὶ τοῦ Ἀδὰμ εἴποις, ὑπερβαλλόντως εἰσὶν ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ οὐρανίοις τῶν ἀσωμάτων χοροῖς. οὐκοῦν τί βαθύτερον ἡμῖν τῶν προκειμένων τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ ἀνθρώπου αἰνίττεται. οὐ γὰρ μίαν τινὰ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ ὁ ἄνθρωπος κέκτηται. ἀλλὰ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἐξεικονίζων ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ καὶ σκιαγραφίᾳ τυπικῇ οὐ

φυσικῇ

& ex materiali oculisq́ſ ſubiecto corpore ex quatuor elementis compoſito coagmentatum & iunctũ. Quo facto rurſus ait ſcriptura: Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum: Deum vero dicit Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Ac multæ quidem diuerſæq́ ſententiæ de hoc argumento ab enarratoribus ſunt dictæ. quidã enim facultatem imperandi & principatum hominis illud ad imaginem & ſimilitudinem eſſe dixerunt: alij verò eam conditionem animæ, vt ſit ſpiritalis & inuiſibilis: alij quòd incorruptibilis & à peccato immunis eſſet, cùm editus fuit in lucem Adam: alij prophetiam iſtud eſſe dixerunt de baptiſmo: Poſtremò omnium autem tanquam abortiuo viſum eſt & mihi de hac re nonnulla verba facere, atq́ inprimis illud quærere operæpretium eſſe, quanam tandẽ de cauſſa non ſpiritales potius & ab omni materiæ concretione ſeiunctos ac cœleſtes Deoq́ proximos angelos appellarit Deus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creatos. Etenim principatum atque imperium in terrã vniuerſam atq́ in hominem ipſum obtinent illi; imo etiam amplius quàm homo. Pari ratione immortalem eſſe, à materia ſegregatum, inuiſibilẽ & purũ, atq́ omnia, quæ de Adamo dixeris, excellentius inſunt ſpiritalibus & cœleſtibus incorporearum mentium choris. Quippiam igitur profundius nobis, quàm prima fronte pateat, illud ad imaginem, quod eſt in homine, obſcurè indicat. Non enim vnã quandã imaginem ac ſimilitudinẽ Dei poßidet in ſe homo, ſed & ſecundã, & tertiã tanquã in ſpeculo

 quo-

φυσικῇ τῆς τρισυποστάτου θεότητος τὸ μυστήριον. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος θεοῦ λόγου σαφῶς περιγράφων. καὶ τάχα κατ' εἰκόνα μέν ἐστι γυμνὴ ἡ ψυχὴ τῆς θεότητος, καθ' ὁμοίωσιν δὲ τῆς τοῦ λόγου σαρκώσεως τὸ σύνθετον τῆς ἡμῶν ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. μᾶλλον δὲ ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἀναδράμωμεν ἐκεῖθεν ὥσπερ ἔκ τινος βαθυτάτης πηγῆς πρῶτον ζητοῦντες, τὸ, τί δήποτε μὴ καθ' ὁμοιότητα τῶν λοιπῶν λογικῶν ἤγουν τῶν ἀγγέλων, ἢ πάλιν κατ' ἰσότητα τῶν ἐμψύχων ζώων ὁμοιοτρόπους τὰς προπατορικὰς καὶ κορυφαίους ἡμῶν ὁ θεὸς ὑποστάσεις, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας καὶ τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτῶν υἱοῦ πεποίηκεν; ἀλλὰ τὸν μὲν Ἀδὰμ ἀναιτίως καὶ ἀγεννήτως ὑπέστησε, τὸν δὲ δεύτερον αὐτοῦ ἄνθρωπον τὸν υἱὸν γεννητὸν, τὴν δὲ Εὔαν οὐ γεννητῶς, οὐδὲ πάλιν ἀναιτίως, ἀλλὰ ληπτῶς, ἤτοι ἐκπορευτῶς ἐκ τῆς οὐσίας, τοῦ ἀναιτίου Ἀδὰμ ἐξελθοῦσα ἀρρήτως οὐσίωσις, καὶ μήπως ἄρα τρεῖς αὗται τῶν πρωτογόνων κεφαλαὶ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος ὁμοούσιοι ὑποστάσεις κατ' εἰκόνα τινὰ, ὡς Μεθοδίῳ δοκεῖ, τυπικῶς γεγόνασι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος; τοῦ μὲν ἀναιτίου καὶ ἀγεννήτου Ἀδὰμ τύπον καὶ εἰκόνα ἔχοντος τοῦ ἀναιτίου καὶ πάντων αἰτίου παντοκράτορος θεοῦ καὶ πατρός. τοῦ δὲ γεννητοῦ υἱοῦ

quodam & adumbrata effigie fictitia & typica, non phyſica diuinitatis, in qua ſunt tres perſonæ, myſterium exprimens. neque verò id ſolum ſed & vnius ex ſancta Trinitate Dei verbi incarnationem prænuntiat. Ac fortaſſe ad imaginem quidem eſt diuinitatis nuda anima, ad ſimilitudinem autem incarnationis verbi iſtud animæ noſtræ, corporiſque compoſitum. Verùm ad ipſum orationis principium ipſius recurramus, atque inde tanquam ex altiſſimo quodam fonte, primùm deducamus, quid cauſſa ſit, cur non ad ſimilitudinem cæterorum rationalium nimirum angelorum, aut rurſus pari ratione, qua præditas ſenſu animantes, eodemq́ modo affectas, principes generis noſtri ac primarias perſonas, Adami inquam & Euæ filiique ex ipſis procreati in lucem ediderit? ſed Adamum quidem ſine cauſſa & generatione condiderit, ſecundum vere ab ipſo hominem filium per generationem; Euã autem non per generationem, neque rurſus ſine cauſſa vel principio, ſed per ſumptionem ſiue proceſſionem ex ſubſtantia Adami cauſſa carentis ineffabili ratione progreſſa naturam acceperit? An verò etiam hæc tria primorum parentum capita totius humanæ naturæ perſonæ conſubſtantiales ad imaginem quandam, vt Methodio viſum eſt, ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis figuratè ſunt facta? ſic vt Adamus quidem, qui ſine cauſſa & ingenitus eſt, figuram & imaginem gerat eius, qui cauſſam & principium

αὐτοῦ εἰκόνα προδιαγράφοντος τοῦ γεννητοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ. τῆς δὲ ἐκπορευτῆς Εὔας σημαινούσης τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορευτὴν ὑπόστασιν. διὸ οὐδὲ ἐνεφύσησεν αὐτῇ ὁ θεὸς πνοὴν ζωῆς διὰ τὸ τύπον αὐτὴν εἶναι τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος πνοῆς καὶ ζωῆς, καὶ διὰ τὸ μέλλειν αὐτὴν δι' ἁγίου πνεύματος δέξεσθαι θεὸν τὸν ὄντως ὄντα πάντων πνοὴν καὶ ζωήν. ὅθεν ἔστιν ἰδέσθαι καὶ θαυμάσαι ὅτι ὁ μὲν ἀγέννητος Ἀδὰμ ἄλλον ἀγέννητον ἢ ἀναίτιον ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἔσχεν ὅμοιον, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἐκπορευτὴ Εὔα, ὡς τύποι ἀληθεῖς ὑπάρχοντες τοῦ ἀγεννήτου πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ δὲ γεννητὸς υἱὸς πάντας ἀνθρώπους γεννητοὺς υἱοὺς ὄντας ἀδελφοὺς ὁμοίους ἔσχεν, ὡς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τυπικὴν ὑπάρχων Χριστοῦ τοῦ γεννητοῦ υἱοῦ, ὃς ἐγένετο ἄνθρωπος πρωτότοκος ἄνευ σπορᾶς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. εἰ δὲ μὴ οὕτω. μηδὲ κατὰ τοῦτο τὸ κατ' εἰκόνα, τί δήποτε μὴ τέσσαρες ἢ δύο ἢ πλείονες ὑποστάσεις τῶν προπατόρων γεγόνασι παρηλλαγμένας ἔχουσαι τὰς ὑποστατικὰς αὐτῶν ἰδιότητας, λέγω δὴ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, ἀλλὰ τρεῖς καὶ μόνας; οὐκοῦν ἔχεις κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τυπικὴν τριάδα ἐν μονάδι ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· ἀκόλουθόν σε λοιπὸν μαθεῖν καὶ μονάδα ἐν τριάδι: πῶς δὲ τοῦτο καλῶς διαγνῶναι δυνήσῃ

non habet, eſtq́; omnium cauſſa, omnipotentis ſcilicet Dei, & patris: filius autem, qui genitus eſt, geniti filij ac Dei verbi delinearit imaginem & adumbrarit: Eua demum, quæ in lucem procedendo ſit edita, Spiritus ſancti perſonam ex proceßione ortam deſignarit? Quamobrem neque vitæ flatum in eam Deus inſufflauit, quod ſancti Spiritus flatus vitæq́; figura eſſet ipſa, quodq́; per Spiritum ſanctum Deum, qui omnium verè ſpiritus eſt & vita, eſſet exceptura. Vnde intueri licet ac mirari quòd Adam quidem, qui genitus non erat, alium inter homines ſimilem non habuerit, qui ingenitus eſſet, aut ſine principio, vt neque Eua quæ ex proceßione orta erat, vtpote qui veræ figuræ patris ingeniti & Spiritus ſancti eſſent: filius autem qui genitus erat omnes homines, qui geniti filij erant, ſimiles fratres habuerit: vt qui ad imaginem & ſimilitudinem typicam eſſet Chriſti geniti filij, qui factus eſt homo primogenitus ſine ſemine in multis fratribus. Quod ſi ita non ſit, neque hac ratione exponi oporteat illud ad imaginem, cur quæſo non quatuor, aut duæ aut plures ortæ ſunt primorum parentum perſonæ, quæ variatas haberent ſuas hypoſtaticas proprietates? ingenitum inquam eſſe, genitum eſſe, & ex proceßione prodiiſſe, ſed tres & hæ ſolæ? Habes igitur ad imaginem & ſimilitudinem typicam Trinitatem in vnitate in tribus perſonis: ſequitur deinceps vt intelligas etiã in Trinitate vnitatem. Quo verò pacto id optimè in-

ἄκουσον τινὸς τῶν σοφῶν σοι παραινοῦντος, καὶ λέγοντος· εἰ βούλῃ γνῶναι θεὸν, προλαβὼν γνῶθι σεαυτόν· ἐκ τῆς σαυτοῦ συνθέσεως, ἐκ τῆς σαυτοῦ κατασκευῆς φησὶν, ἐκ τῶν ἐντὸς σεαυτοῦ, εἴσιθι ὑπόδυς ἐν σαυτῷ, διάβλεψον ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἑαυτοῦ διακείμενον τὴν ταύτης κατασκευὴν, καὶ ὄψει σεαυτὸν κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ τυγχάνοντα. ἀνώνυμός σου καὶ ἄγνωστος ἡ νοερὰ καὶ ἀθάνατος τῆς ψυχῆς οὐσία κατ᾽ εἰκόνα τυπικὴν τοῦ ἀνωνύμου καὶ ἀγνώστου καὶ ἀθανάτου θεοῦ καθέστηκεν. οὔτε γὰρ θεοῦ οὔτε ψυχῆς λογικῆς οὐσίαν ἔγνω τῶν ἐξ αἰῶνός τις γεγενημένων ἀνθρώπων. ζωοποιὸς καὶ συστατικὴ καὶ προνοητικὴ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει τῆς τετραστοίχου τοῦ σώματος φύσεως κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ τοῦ προνοητοῦ πάσης τῆς τετραπεράτου καὶ τῆς ἄνω κτίσεως. διόπερ οὔτε τὸν τοῦ θεοῦ τόπον ἔγνωμεν ἔνθα κατοικεῖ, ἀλλὰ μόνον πιστεύομεν, ὅτι πάντῃ ἐστὶν, οὔτε μὴν τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἔνθα οἰκεῖ ἐν σώματι ἐπιστάμεθα· ἀλλὰ μόνον οἴδαμεν ὅτι ἐν τῷ παντὶ σώματί ἐστι καὶ ἐνεργεῖ. ἔχει σου καὶ ἕτερόν τι κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ ἡ ψυχὴ, λέγω δὴ τὸ ἑτερούσιον αὐτὴν εἶναι πάσης τῆς κτιστῆς φύσεως. τὸ δὲ πάντων παραδοξότερον τοῦ ἐν ἡμῖν κατ᾽ εἰκόνα ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι οὔτε τῆς τοῦ θεοῦ ὑπάρξεως τοὺς λόγους, οὔτε μὴν τὴν τῆς ψυχῆς ἡμῶν οὐσίαν, πῶς εἰς ὕπαρξιν πέφυκέ τε καὶ παραγίνεται

ἀνθρώ-

ternoſcere poßis, audi ex quodam è ſapientibus, qui te adhortatur, itaq; alloquitur: ſi Deum vis noſſe, prius teipſum noſce: ex tua conſtitutione, ex tua ſtructura, inquit, ex iis quæ intra teipſum ſunt, eum agnoſces. Ingredere interius in teipſum, reſpice tanq̃ in ſpeculo quodam in anima tua; diſcerne eius conditionem, & teipſum ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum videbis. Nomine carens & ignota ſpiritalis & immortalis animæ tuæ ſubſtantia ad imaginem & ſimilitudinem typicam nomine carentis & incogniti atq; immortalis Dei eſt condita. nam neq; Dei, neq; animæ rationalis ſubſtantiam vllus hominum, qui à ſeculo fuerunt, vnquam nouit. habet enim viuificandi ac conſtituendi prouidentiaq; regendi corporis vim, cuius natura ex quatuor conſtat elementis, ad imaginem Dei prouidentis ac præſidis totius ex quatuor elementis conflatæ, & cœleſtis illius creaturæ. Quocirca neque locum nouimus in quo habitat Deus, ſed omnino eſſe eum tantum credimus: neq; adeo locũ animæ, in quo habitat in corpore, ſcimus, ſed hoc tantũ nouimus eam in to to corpore eſſe & operari. Habet & aliud quippiam anima tua, quod eſt ad imaginem Dei: quod nimirum diuerſam habeat à reliquis omnibus rebus creatis ſubſtãtiam, &, quod omnibus, in quibus conſiſtit hæc imago & ſimilitudo, mirabilius eſt, quòd neque rationes exiſtentiæ Dei, neque quo modo animæ noſtræ ſubſtantia ad exiſtentiam producta ſit & prodeat, comprehendere mens humana

ἀνθρώπινος νοῦς καταλαβέσθαι δύναται. ὅθεν οἱ ταύτην καταλαβεῖν κακῶς δογματίσαντες οὕτω προσέκοψαν· οἵτινες ἐξ οὐρανοῦ φάσκουσι τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς σώμασι καταπέμπεσθαι, οἱ δὲ σὺν τῷ σώματι φασὶν αὐτὰς εἰς ὕπαρξιν ἔρχεσθαι ὑπὸ θεοῦ δημιουργουμένας· ἕτεροι δὲ τὸν ἄνθρωπον λέγουσιν ὡς κατ' εἰκόνα ὄντα τοῦ δημιουργοῦ γεννητικὸν εἶναι σὺν τῇ σπορᾷ καὶ τῆς ψυχῆς· ἄλλοι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ἄῤῥενος καὶ τῆς θήλεος φασὶ τὴν ψυχὴν ἀποτίκτεσθαι ὥσπερ λίθου τινὸς καὶ σιδήρου προσκρουομένων, καὶ τῇ πυρώσει τὸ πῦρ ἀπογεννώντων. καὶ οἱ μὲν φασὶν αὐτῇ τῇ ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ τῆς συλλήψεως τοῦ σώματος καὶ τὴν ψυχὴν ὑφίστασθαι· οἱ δὲ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν σύλληψιν φέροντες τινὰ, ὡς οἴονται νομικὴν περὶ τούτου σύστασιν· καὶ οἱ μὲν ὁμοούσιον αὐτὴν τῶν ἀγγέλων ἐφαντάσθησαν· οἱ δὲ κάτω, οἱ δὲ ἐν τῷ ἀέρι· οἱ δὲ ἐν τῷ παντὶ ὡς θείαν τινὰ περιεῖναι οὐσίαν. διὸ καὶ σώματι ἑνουμένη καὶ ὡς κατ' εἰκόνα θεοῦ οὖσα καὶ τοῦτο ζωοποιοῦσα ἀπαθὴς μένει τῶν σωματικῶν παθῶν καὶ φθορῶν τῶν τοῦ σώματος, μήτε ὁρωμένη, μήτε ἑρμηνευομένη, μήτε καταλαμβανομένη τῇ ψυχῇ, οὔτε τῷ εἴδει, οὐ σχήματι, οὐ μορφῇ, οὐ ποιότητι, οὐ ποσότητι, οὐχ ὑπάρξει, οὐ συστάσει, οὐ κάλλει. ὅθεν καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ συμποσίῳ ὁ Μεθόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιή-

poſſit. Vnde accidit, vt qui perperam aſſequutos ſe eam eſſe docuerunt, adeo lapſi ſint: qui nimirum è cœlis animas in corpora demitti dicunt; alij verò cum corpore ipſas incipere, exiſtere à Deo creatas aiunt; alij demum hominem autumant, quod ad imaginem conditoris ſit factus, facultatem animam generandi cum coitu habere, alij ex vtraque parte maris & fœminæ animam proſeminari tradunt, quemadmodum cum lapis aliquis, & ferrum colliſa fuerint, ex inflammatione ignis gignitur. Atque hi quidem volunt intra exiguum conceptionis corporis momentum produci animam; illi verò quadrageſimo poſt conceptionem die, déque ea re tanquam aliquam legis ſanctionem, vt putant, ferunt. Nonnulli rurſus eiuſdem cum angelis eam eſſe ſubſtantiæ ſomniarunt, alij etiam inferius, alij in aëre, alij in vniuerſo tanquam diuinam quandam naturam circumire. Quapropter & corpori vnita, cum ad imaginem Dei ſit, licet illud viuificet, à corporeis omnibus morbis ac vitiis & corruptionibus corporis manet immunis, neque videri, neque explicari, neque comprehendi natura poteſt, neque ſpecie, non forma, non qualitate, non quantitate, non exiſtentia, non ſtructura, non pulchritudine. Idcirco & animam, inquit Methodius in ſympoſio, immenſa quadam & inenarrabili pulchritudine

tudine

ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν, καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περικειμένην μορφήν. πᾶσα δὲ ἡ περὶ αὐτὴν ἀκαταληψία καὶ ἀσάφεια καὶ ἀδηλία οὐδὲν ἕτερον αἰνίττεται εἰ μὴ τὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς εἰκόνα αὐτὴν εἶναι τοῦ ἀκαταλήπτου θεοῦ. ὅθεν πάντα τὰ κατ' αὐτὴν ἀγνοοῦντες ἐκ μόνων τῶν ἐν τῷ σώματι ταύτης ἐνεργειῶν τὴν ὕπαρξιν αὐτῆς πιστούμεθα. καθὰ καὶ τὸν θεὸν ἐκ τῶν ἐν τῇ ὁρωμένῃ κτίσει αὐτοῦ ἐνεργημάτων τὴν αὐτοῦ βεβαιούμεθα ὕπαρξιν. ἀλλά γε δὴ ἐπ' αὐτὸ τὸ καιριώτατον τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἔλθωμεν, ὅπως κατὰ τὰς ὑποσχέσεις δείξωμεν τὸ μοναδικὸν τῆς ἐν τριάδι θεότητος. ποῖον δέ ἐστι τοῦτο; εὔδηλον ὅτι ἡ ἡμετέρα πάλιν ψυχὴ, καὶ ὁ ταύτης νοερὸς λόγος, καὶ ὁ νοῦς ὅντινα ὁ ἀπόστολος πνεῦμα προσηγόρευσεν, ὅτε διακελεύεται ἁγίους ἡμᾶς εἶναι τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. ἀγέννητος μὲν γὰρ πάλιν ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ ἀναίτιος εἰς τύπον τοῦ ἀγεννήτου καὶ τοῦ ἀναιτίου θεοῦ καὶ πατρός· οὐκ ἀγέννητος δὲ ὁ νοερὸς αὐτῆς λόγος, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς γεννώμενος ἀρρήτως καὶ ἀοράτως καὶ ἀνερμηνεύτως καὶ ἀπαθῶς. ὁ δὲ νοῦς οὐδὲ ἀναίτιός ἐστιν, οὐδὲ ἀγέννητος· ἀλλ' ἐκπορευτὸς παντὶ διατρέχων καὶ τὰ πάντα διασκοπῶν, καὶ ἀοράτως ψηλαφῶν κατ'

tudine pollere, quam ob cauſſam quadam Zelotypia & amore in eam flagrare ſpiritus aduerſarios, vt pote quæ præſtantiori quàm ipſi, licet ſpiritales & intelligentes ſint, forma ſit prædita. Quod verò percipi cognoſcique non poteſt, nullius alterius rei eſt argumentum, quàm illam verè ac propriè incomprehenſibilis Dei eſſe imaginem. Vnde cùm omnia, quæ in ea ſunt, ignoremus, ex ſolis eius in corpore operationibus eius exiſtentiam comprobamus, quemadmodum & Deum ex eius in hac ſub oculos cadente creatura operibus eiuſque exiſtentiam confirmamus. Verumenimuero ad ipſa huius myſterij, ad imaginem & ſimilitudinem, penetralia progrediamur, vt ſicut polliciti ſumus vnitatem diuinitatis in Trinitate demonſtremus. Quæ tandem illa ſunt? Non obſcurum eſt noſtram vtique ipſam rurſus animam eſſe & intellectuale verbum eius, ac mentem, quam Apoſtolus ſpiritum appellauit, cum nos ſanctos eſſe anima & corpore & ſpiritu iubet. Etenim rurſus anima eſt ingenita & cauſſa carens in figuram ingeniti & cauſſa carentis Dei patris: at intellectuale verbum eius non eſt ingenitum, ſed ex ipſa ineffabili, inuiſibili, inexplicabili ratione ac ſine paßione genitum, mens autem neque cauſſa caret, neque eſt ingenita, ſed ex proceßione orta vndiquaque diſcurrens & cuncta diſpiciens & inuiſibiliter pertractans ad imaginem & ſimilitudinem ſanctißimi

&

pollere

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ παναγίου καὶ ἐκπορευτοῦ πνεύματος περὶ οὗ εἴρηται ὅτι τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. οὐκ ἔστιν ἐκπορευτὴ ἡ ψυχὴ ἕως οὗ ἔστιν ἐν τῷ σώματι. ἐπεὶ εἰ ἐκπορευτὴ ἦν, ἄρα ἂν καθ' ὥραν ἀπεθνήσκομεν. οὐκ ἔστιν ἀγέννητος ὁ λόγος ἡμῶν ἐπεὶ ἄλογοί τινες καὶ κτηνώδεις ὑπήρχομεν. τὸ δὲ παραδοξότερον τῶν παραδόξων τούτων ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ψυχὴν μὲν ἁπλῆν τινα ἔχομεν ὁμοίως καὶ νοῦν μοναδικὸν καὶ ἀσύνθετον· λόγον δὲ διπλοῦν ἔχοντες τὸν αὐτὸν τὴν γέννησιν καὶ ἕνα καὶ ἀμέριστον φυλαττόμενον. γεννᾶται γὰρ ὁ λόγος ἐν τῇ καρδίᾳ γέννησίν τινα ἀκατάληπτον καὶ ἀσώματον, καὶ μένει ἔνδον ἀγνώριστος καὶ γεννᾶται δευτέραν γέννησιν σωματικὴν διὰ χειλέων, καὶ τότε τοῖς πᾶσι γνωρίζεται· τῆς δὲ γεννησαμένης αὐτὸν ψυχῆς οὐ χωρίζεται, ἵνα διὰ τοῦ λόγου τῶν δύο ἡμῶν γεννήσεων σαφῶς τὰς δύο τοῦ θεοῦ λόγου γεννήσεις κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν μάθωμεν. γεγέννηται γὰρ ἀοράτως καὶ ἀνερμηνεύτως καὶ ἀκαταλήπτως ἐκ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἦν ἄγνωστος ὡς ἔν τινι ψυχῇ πρὸς τὸν πατέρα, ἕως ὥσπερ ἐκ καρδίας τινὸς τῆς ἁγίας παρθένου ἀφθόρως καὶ ἀσπόρως γεγέννηται κατὰ σάρκα, καὶ ἐνεφανίσθη τῷ κόσμῳ μὴ χωρισθεὶς τῆς πατρικῆς κρυφίας οὐσίας τοῦ γεννήτορος θεοῦ. ὥστε δέδεικται ἐν τῷ μοναδικῷ τῆς ἀθανάτου ἡμῶν καὶ

νοερᾶς

& per proceßionem orti ſpiritus, de quo dictum eſt, ſpiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Non ex proceßione orta eſt anima. nam ſi ex proceßione eſſet, in ſingulas horas moreremur. non eſt ingenitum verbum noſtrum, alioquin muta quadam & bruta pecudes eſſemus. quod autem omnium mirabilium maximè eſt admirabile illud eſt, quod animam quidem vnam & ſimplicem habemus, ſimiliter & mentem vnam, miniméque compoſitam, verbum autem duplex & vnum tamen ac generatione idem & indiuiſum conſeruatum. Generatur enim in corde verbum generatione quadam incomprehenſibili atque incorporea: manétque intus incognitum ac ſecunda generatione corporea per labra generatur, tuncq; omnibus innoteſcit: ſed ab anima tamen qua ipſum genuit, non auellitur: vt per duplicem verbi noſtri generationem manifeſtè duas Dei verbi generationes ſecundùm imaginem & ſimilitudinem ediſcamus. Genitus enim eſt inuiſibili & inexplicabili atque incomprehenſibili ratione ex patre ante ſecula, erátque incognitus tanquam in anima quadam apud patrem: quouſque tanquam ex corde quodam ex ſacra virgine, ſine corruptione, ſine ſemine, ſecundum carnem generatus eſt, mundóque ſe prodidit, nihil ab occulta Dei genitoris paterna ſubſtantia ſeparatus. Itaque in immortalis, & intellectu pradita anima noſtra ſubſtantia

vnitate,

νοερᾶς ψυχικῆς οὐσίας ἐν εἰκόνι τρεῖς τινὲς ὑποστατικαὶ ἰδιότητες, ἀγεννησία ψυχῆς, καὶ γέννησις λόγου, καὶ ἐκπόρευσις πνεύματος, ἤγουν τοῦ νοός, καὶ καταθαῤῥῶ καὶ ἀποτολμῶ καὶ λέγω ὅτι κατὰ ταύτην τὴν ἀόρατον τριαδικὴν τῆς ψυχῆς θεωρίαν εἶπεν ὁ θεῖος ἀπόστολος τὸν ἄνθρωπον εἶναι κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ τοῦ ἀοράτου. εἰ δὲ μὴ ταῦτα οὕτω, διὰ τί μὴ μᾶλλον διμερὴς ἢ τετραμερὴς ὑπὸ θεοῦ γέγονεν, ἀλλὰ τριμέρειαν τινα καὶ μονὴν ἔχει ἀδιαίρετον καὶ ἀσύγχυτον ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, κατ᾽ εἰκόνα τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ τριάδος. ὥστε εἰ θέμις εἰπεῖν ὅτι καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ καὶ μάλιστα τῷ δικαίῳ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος τυπικῶς, ἀλλ᾽ οὐ φυσικῶς, σκιαγραφῶν ἀμυδρῶς πως τὸν ἐν τριάδι θεόν. ὅθεν καὶ τριμερῆ πάλιν αὐτὴν τὴν ἡμετέραν ψυχὴν καθ᾽ ἕτερόν τινα τρόπον οἱ ἔξω σοφοὶ εἶναι ὡρίσαντο, ἐπιθυμητικὸν αὐτὴν φάσκοντες ἔχειν καὶ λογιστικὸν καὶ θυμικὸν, ὅπως διὰ μὲν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἀγάπην συνάπτηται. διὰ δὲ τοῦ λογιστικοῦ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ γνῶσιν καὶ σοφίαν εἰσδέχηται· διὰ δὲ τοῦ θυμοῦ πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἀντιτάττηται· καὶ ἐν τούτοις πάλιν αὐτοῖς τοῖς τρισὶ τὸ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ διαγράφουσα. τρισὶ γὰρ τρόποις ὁ ἐν τριάδι θεὸς τρία μέρη διοικεῖ καὶ διέπει καὶ τὰ ἐπουράνια λέγω καὶ τὰ ἐπίγεια

vnitate, tanquam in imagine, tres quædam hypoſtaticæ proprietates oſtenſæ ſunt, animæ nempe conditio, quæ ingenita eſt, verbi autem generatio, & ſpiritus ſiue mentis proceſſio. Ego verò audacter profiteor & confidenter aſſeuero ac dico ſecundum hanc inuiſibilem Trinitatis animæ conſiderationem, dixiſſe diuinum Apoſtolum hominem ad inuiſibilis Dei imaginem & ſimilitudinem eſſe. Hæc ni ita ſint, cur quæſo non diſpertita vel quadripertita condita eſt à Deo, ſed vnam habet trium partium & indiuiſam atque inconfuſam copulam anima noſtra ad imaginem ſacroſanctæ & conſubſtantialis ac viuificæ Trinitatis. Ita vt, ſi ita loqui fas ſit, in homine, ac præſertim in iuſto, omnis plenitudo diuinitatis inhabitet typice, at non phyſicè, quodammodo obſcurè adumbrans Deum in Trinitate. Quamobrem tripartitam eandem rurſus animam noſtram alia quadam ratione eſſe ſapientes profani ſtatuerunt, cum eam aſſeruerunt concupiſcendi facultatem ratiocinandi atque iraſcendi habere: vt per concupiſcendi quidem facultatem caritate cum Deo coniungatur: per facultatem autem ratiocinandi ſcientiam ab ipſo excipiat & ſapientiam, per vim demum iraſcendi nequitiæ ſpiritibus poſſet obſiſtere, atque in his tribus etiam illud ad imaginem Dei adumbret & exprimat. Tribus enim modis Deus in Trinitate tres partes adminiſtrat & regit, & cœleſtia nimirum, & terreſtria,

καὶ τὰ καταχθόνια τῇ δημιουργικῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ τῇ προνοητικῇ καὶ τῇ κριτικῇ καὶ πᾶν γὰρ ὁ θεὸς διαπράττεται, καθ' ἕνα τῶν τριῶν τούτων τρόπων αὐτὸ κατεργάζεται, ἢ δημιουργῶν ἢ προνοούμενος, ἢ παιδεύων. καὶ τοῦ μὲν δημιουργικοῦ τοῦ θεοῦ τὸ κατ' εἰκόνα ἐστὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικόν. ἡ γὰρ ἐπιθυμία εἰς πρᾶξιν ἄγει· τοῦ δὲ προνοητικοῦ αὐτοῦ πάλιν σύμβολον τῆς ψυχῆς τὸ λογιστικόν· τοῦ δὲ παιδευτικοῦ τὸ θυμικὸν καθέστηκε σύσσημον. καὶ ἴσως ἴδιον μὲν τῆς ψυχῆς ἡ ἐπιθυμία. πρὸ γὰρ πάσης λαλιᾶς τὰ νήπια ἔμψυχα γενόμενα εὐθέως ὀρέγονται τοῦ μαζοῦ καὶ τοῦ ὕπνου· τὸ δὲ λογιστικὸν εὔδηλον ὅτι τοῦ λογικοῦ τυγχάνει ἴδιον· τὸ δὲ θυμικὸν περὶ τὸν νοῦν συνίστασθαι πέφυκεν, ὃν καὶ ταράττεται ὁ παρὰ φύσιν θυμούμενος. εἴ τις τοίνυν τὸ πῶς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ ὁ ἄνθρωπος βούλοιτο μαθεῖν, ταῦτα ψηλαφάτω· ἐν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἀδύτοις τῶν νοημάτων εἰσίτω, καὶ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν τῆς φύσεως διασκοπείτω τὴν τῆς νοερᾶς ψυχῆς. ἅπαντα λεπτῶς τε καὶ ἰχνῶς μανθανέτω τὰ ταύτης μέρη, τὰ μέρη τῶν μερῶν, τοὺς λόγους, τοὺς τρόπους, καὶ προόδους, τὰς ἑνώσεις, τὰς διακρίσεις, τὸ ταύτης μονοειδὲς, τὸ τριμερὲς, τὸ ἑνιαῖον, τὸ δυικὸν, τὸ τριαδικὸν, πῶς καὶ μία ἐστὶ, καὶ ἐν τρισὶ θεωρεῖται, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ μονὰς ἐν τριάδι καὶ τριὰς ἐν μονάδι τυπικῶς γνω-

ριζο-

atque ſubterranea, virtute quadam conditoris, ſua prouidentia, ac iudicis auctoritate. omnia ſiquidem, quæ Deus exequitur, vno ex his tribus modo perficit, aut tanquam conditor, aut vt prouidens, aut vt caſtigans. Ac virtutis quidem condendi quæ in Deo eſt imaginem exprimit, quæ in anima eſt concupiſcendi facultas, cupiditas enim ad actionẽ impellit: virtutis autem prouidendi ſymbolum eſt in anima vis ratiocinandi: virtutis demũ caſtigandi facultas iraſcendi indicium & nota conſtituta eſt. Ac fortaſſe propria quidem eſt animæ concupiſcentia, prius enim quam vllo modo fari poßint infantes, vbi animati fuerint, vbera quamprimum appetunt, & ad ſomnum inclinantur: facultas autẽ ratiocinandi dubium non eſt, quin ad rationis vim propriè referatur. iraſcendi deniq; vis in ipſa mente conſiſtere naturaliter ſolet, quæ in eo etiam, qui præter naturam iraſcitur perturbatur. Si quis ergo quomodo ad imaginem ac ſimilitudinẽ Dei factus ſit homo, diſcere cupiat, hæc tractet, in hæc & huiuſmodi adyta contemplationum ingrediatur & animæ ſuæ intellectu præditæ conſtitutionẽ conſideret, omnes eius partes accuratè, ſingillatim, minuteq; perſcrutetur, ac partes partium, rationes, modos & progreſſus, coniunctiones, & diſtinctiones, ſtatum eius vniformem, ac tripertitam diuiſionẽ, ſingularem conditionẽ, duplicem, triplicemq;: quomodo & vna ſit & in tribus cernatur, ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei vnitas in trinitate & trinitas in vnitate,

ριζομένη. ὅτι γὰρ καὶ μία ἐστί τις οὐσία καὶ οὐ μία τῇ θεωρίᾳ τῶν ἑαυτῆς μερῶν, ἐδήλωσε σαφῶς ὁ εἰπὼν ψαλῶ τῷ πνεύματι ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ προσεύξομαι τῷ πνεύματι προσεύξομαι καὶ τῷ νοΐ· μᾶλλον δὲ σαφέστερον ἡμᾶς διδάσκουσι ταύτην τὴν ἐν ἡμῖν κατ᾽ εἰκόνα τυπικὴν θεοῦ τριάδα τινὲς τῶν ἀνθρώπων ἐκ τινος πολλάκις σωματικῆς αἰτίας ψυχὴν μὲν ἔσθ᾽ ὅτε ἔχοντες, νοῦν δὲ ἢ λόγον μὴ ἔχοντες. ἕτεροι δὲ πάλιν ψυχῆς καὶ λόγου εὐποροῦντες, νοῦ δὲ καθ᾽ ὅλου ἀποροῦντες· ἄλλοι πάλιν νοῦν καὶ ψυχὴν ἔχοντες, τοῦ δὲ λόγου ἐστερημένοι. ὅθεν καὶ ἡ τῶν νηπίων φύσις ὡς ἐκ σκότους εἰς φῶς τικτομένη καὶ προσερχομένη εὐθέως τὴν μὲν ψυχὴν φανεροῖ ἔχειν εἰς τύπον τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, δυνάμει μὲν νοερὰν οὖσαν, καὶ ἐν αὐτῇ ἔχουσαν τὸν λόγον, καὶ τὸν νοῦν κατὰ πρόβασιν δὲ προκόπτοντος καὶ αὔξοντος τοῦ σώματος δεύτερον ἐμφανίζει τὸν λόγον καὶ τοῦτον οὐκ ἀθρόως οὐδὲ ἐξαίφνης, ἀλλὰ προψελλίζουσα, καὶ οἱονεὶ σκιαγραφοῦσα καὶ προμηνύουσα τὴν τοῦ λόγου διὰ σαρκὸς γέννησιν· καὶ τοῦ νοῦ δηλοῦται ἡ παρουσία ὅτε εἰς ἄνδρα τέλειον προκόψει τὸ νήπιον. ἀλλὰ τί φησι ταῦτα συντείνει εἰς τὴν προκειμένην τοῦ ἀνθρώπου ὑπόθεσιν; καὶ πάνυ μὲν ὦ ἄνθρωπε, διὰ τούτων μανθάνομεν τὸν τρόπον τῆς τοῦ θεοῦ ὥσπερ ἐν τινι σώματι ἐν τῷ κόσμῳ φανερώσεώς τε καὶ ἀναδείξεως

tanquam figura deſignata & oſtenſa. Vnam enim illam eſſe ſecundum eſſentiam, & non vnam ſi partes eius conſiderentur, manifeſtè docuit qui dixit, Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. orabo ſpiritu, orabo & mente. Imo etiam multo manifeſtius hanc Trinitatem ad imaginem Dei in nobis figuratam ex corporeis quibuſdam cauſsis ſæpenumero nobis homines quidam demonſtrant, qui nonnunquam animam quidem habent, mentem autem & ſermonem non habent: alij verò rurſus & animi & ſermone præditi, mente autem penitus deſtituti: alij rurſus mentem & animam habent, ſermone verò priuati ſunt. vnde & infantium natura, tanquam è tenebris in lucem partu edita, è veſtigio quidem animam ſe habere oſtendit, quæ in figuram Dei & patris poteſtate quidem intellectu prædita eſt & in ſeipſa ſermonem habet ac mentem, cum progreſſu autem & ſenſim creſcente ac prouecto corpore ſermonem deinde manifeſtat & hunc non confeſtim & repente fuſum, ſed prius balbutiendo, & quaſi adumbrans ac prænuntians generationem verbi per carnem: mentis verò præſentia declaratur cum in virum perfectum infans euaſerit. Sed dicet aliquis, quid hæc ad inſtitutam de homine diſputationem attinent? Valde verò mi homo. Ex his intelligimus, quo tandem pacto ſe Deus, tanquam in corpore quodã, in mundo manifeſtum red-

δείξεως, καὶ πῶς κατὰ πρόβασιν ἡ ἡμετέρα φύσις τὸ τῆς τριάδος ἐπέγνω μυστήριον. συνελήφθη γὰρ ὑπὸ τοῦ σπόρου τοῦ πονηροῦ ὥσπερ ἐν γαστρί τινι τῆς πλάνης ὁ ἄνθρωπος ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου καθήμενος. εἶτα εἰς φῶς θεογνωσίας ὥσπερ νήπιος ἐν ἀρχῇ προερχόμενος διὰ τῆς τοῦ νόμου παιδαγωγίας ἐδείχθη ἔμψυχος, ἐπιγνοὺς τὸν πατέρα καὶ θεὸν ἐν ἑαυτῷ μὲν ἔχοντα καθάπερ καὶ ἡ ψυχὴ ἐνούσιον τὸν λόγον καὶ τὸ πνεῦμα, μὴ χωροῦντα δὲ τὸν ἄνθρωπον διὰ πολλὴν γνώμης ἀσθένειαν τε καὶ νηπιότητα τὴν τοῦ λόγου καὶ τοῦ νοῦ φανέρωσιν· ἵνα μὴ εἰς πολυθεΐαν διὰ θεοσεβείας ἐξολισθήσῃ, εἶτα τοῦ χρόνου προκόπτοντος ἐσοφίζετο λοιπὸν ὥσπερ νήπιον αὐξανόμενον ἡ ἡμετέρα τοῦ κόσμου φύσις, καθάπερ ἀπὸ ψυχῆς τινὸς διδασκομένη ὑπὸ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐπιγινώσκειν ἀμυδρῶς, ὥσπερ διά τινων ἀσαφῶν ψελλισμάτων, τῶν προφητικῶν διδαγμάτων τὴν πεῖραν, καὶ προφορὰν, καὶ ἐπιφάνειαν, τοῦ ἐνουσίου καὶ ἀποκρύφου τοῦ πατρὸς λόγου, μεθ' ἃ ψελλίσματα λέγω δὴ Μωσαϊκὰ καὶ προφητικὰ τοῦ λόγου αἰνίγματα προελθόντος τρανῶς καὶ ἐνάρθρως ὥσπερ ἔκ τινων χειλέων τῆς παρθενικῆς νηδύος τοῦ τελείου τοῦ θεοῦ λόγου, γνωρίζει λοιπὸν μετὰ τούτων καὶ διὰ τούτου τὸ ἐντελὲς πλήρωμα αὐτῆς τὸ τριαδικὸν ἡ ἀνθρωπίνη τοῦ κόσμου φύσις·

diderit, atque prodiderit, quaque ratione pedetentim natura noſtra myſterium Trinitatis agnouerit. Eſt enim conceptus vi ſeminis cuiuſdam mali tanquam in vtero quodam præuaricationis homo, in tenebroſis & in umbra mortis ſedens, deinde cum in cognitionis Dei lucem tanquam infans ab initio progreſſus eſſet, per legis directionem animatus effectus eſt, cum patrem ac Deum agnoſceret in ſe quidem habentem, ſicut & anima, ſubſtantiæ coniunctum Verbum & Spiritum, nondum verò capax eſſet homo manifeſtationis Verbi ac mentis præ nimia iudicij imbecillitate atque infantia, ne fortè hoc Dei cultu multorum in deorum errorem præceps ageretur, progreſſu temporis ſapiens reddebatur, & tanquam infans creſcebat noſtra hæc mundi natura, tanquam ab anima quadam à Deo patre edocta, velut ex quibuſdam minus claris balbutientis linguæ vocibus ex propheticis documentis exitum & ortum atque apparitionem ſubſtantialis & occulti patris verbi. Poſt quas balbutientis voces Moſaica, inquam, & prophetica verbi ænigmata cum prodiiſſet clarè & articulatè, tanquam ex labiis quibuſdam ex vtero virgineo perfectum verbum Dei, tum perfectam triplicem plenitudinem ſuam cum iſtis, & per iſtud notam deinceps effecit humana mundi natura, dum tanquam mentem quan-

φύσις· ὥσπερ νῦν τινα δεξαμένη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τῶν ἐκτὸς μεταβατικῶς ἐν αὐτῇ ἐνδημῆσαν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐντὸς ἑαυτῆς τοῦτ' ἔστι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ λόγου ἤγουν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῇ φανερωθὲν οὐ κτιστῶς ἀλλ' ἐπεισάκτως, οὐδὲ ἀλλογενῶς ἀλλ' οὐσιωδῶς ἐκ τῆς ἐμφύτου αὐτῆς καὶ συμφυοῦς ὑποστατικῆς ὑπάρξεως ἡ ψυχὴ τὸν ἐνούσιον αὐτῆς λόγον ἀποτίκτουσα, καὶ τὸ ὁμοφυὲς αὐτῇ τοῦ νοὸς πνεῦμα προβάλλουσα, καὶ ὥσπερ τι σῶμα ἡ ἀσώματος τὰ συνασώματα αὐτῇ μέλη συμφυῆ ἔχουσα. δι' ὧν ὥσπερ τύπων χαρακτηρίζεται καὶ μορφοῦται καὶ συνίσταται ἡ ὑπὲρ μορφὴν καὶ σχῆμα ὑπάρχουσα, ὥσπερ ποιὰν σωματικὴν τινα ἔχουσα τὸ πνεῦμα τοῦ νοῦ, καὶ ὡς ζωὴν τὸν σύζωον αὐτῇ λόγον φέρουσα· ὧν κατὰ στέρησιν οὔτε εἶναι οὔτε γνωρίζεσθαι ἡ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ ψυχὴ λογικὴ καὶ νοερὰ δύναται· ὅπως διὰ τούτων τῶν ἐν αὐτῇ μάθωμεν καὶ παιδευθῶμεν, ὡς οὔτε πατὴρ οὔθ' υἱὸς προϋπῆρχον τοῦ παναγίου πνεύματος· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἅμα ψυχὴ λογικὴ, ἅμα σὺν αὐτῇ ὁ λόγος ἐν αὐτῇ, καὶ ἅμα, καὶ συνάμα ἐν αὐτῇ τὸ πνεῦμα τὸ ζωτικὸν καὶ συστατικὸν καὶ συμπληρωτικὸν, οὕτως ἅμα πατὴρ ἅμα θεὸς λόγος σὺν πατρὶ, ἅμα υἱὸς σὺν πατρὶ, συνάμα τὸ πνεῦμα σὺν υἱῷ καὶ πατρί. εἰ δὲ χωρίζεις καὶ ἀποστερεῖς τὸν λόγον ἐκ

τῆς

dam Spiritum ſanctum excepit non quaſi à rebus externis tranſitu facto in ea diuertentem, ſed ex interioribus ſuis partibus hoc eſt animæ, & verbi, ſiue Patris & Filij manifeſtatū ipſi, non rei creatæ more, neq; aduentitio modo atq; vt rem diuerſi generis, ſed eſſentialiter, ex innata ipſius & connaturali hypoſtatica exiſtētia, coniunctum ſubſtantiæ ſuæ Verbum animæ producens, & ſpiritum profundens eiuſdem naturæ cum ſua mente: non quod antequam hæc exiſtant, in corpore verſetur, ſed quod eodem tempore cum illis exiſtat & ſubſtantiæ ſit cum illis eiuſdem: ac veluti quoddā corpus ea, quæ incorporea eſt, partes ſuas incorporeas & ipſas eiuſdem ſecū naturæ habens, à quibus tanquam figuris quibuſdam exprimitur & efformatur ac conſtituitur illa, quæ omnem formam & ſpeciem excedit, quæ tanquam habitum quendam corporeum habet ſpiritum mentis, & tanquā vitam Verbū cum ipſa viuens, quibus priuata neq; eſſe, neq; agnoſci quæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt anima rationalis atq; intellectu prædita poteſt. Vt nimirū per hæc, quæ in ipſa ſunt, diſcamus & erudiamur, quo pacto neq; pater neq; filius ante ſanctiſſimū Spiritum extiterint, ſed quemadmodum in anima, ſimul, atq; anima rationalis ſimul quoq; cū ipſa, quæ in ipſa eſt, ratio ſeu verbum, & pariter cum ipſa viuificus ſpiritus quiq; conſtituendi & complēdi vim habet, ita & ſimul ac pater ſimul etiam Deus verbū cum patre, ſimul ac filius cum patre, ſimul quoq; ſpiritus cum filio & patre. Sin autem diuidis & ſeparas

τῆς ψυχῆς, ἄλογος σου λοιπὸν ἡ ψυχή· ἵνα διὰ τούτου τοῦ κατ' εἰκόνα θεοῦ μάθῃς ὅτι ἐὰν ἀρνήσῃ τὸν θεὸν λόγον, λέγων μὴ εἶναι σὺν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἄλογον λοιπὸν καὶ κτηνώδη κυρήττεις τὸν θεόν· καὶ ἐὰν χωρίσῃς τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ θεοῦ νεκρὸν λοιπὸν ἵνα καὶ οὐ ζῶντα λέγεις θεὸν, εἰ φιλοσοφεῖν περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ βούλει, οὕτω φιλοσόφησον, οὐκ ἐκ τῶν ἐκτός, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐντός σου τὸν κρυπτὸν θεὸν γνώρισον ἐκ τῆς ἐν σοὶ τριάδος, τὴν τριάδα ἐπίγνωθι δι' ἐνυποστάτων πραγμάτων. ὑπὲρ γὰρ πᾶσαν ἄλλην νομικὴν καὶ γραφικὴν μαρτυρίαν βεβαιοτέρα αὕτη καὶ πιστοτέρα. διὰ γὰρ ταύτην καὶ μόνην τὴν αἰτίαν τοιοῦτον ζῶον ὁ θεὸς κατεσκεύασεν ἐπειδὴ ἔμελλεν ἐν κόσμῳ κηρυχθῆναι τὸ τῆς ἁγίας τριάδος μυστήριον ὡς δυσερμήνευτόν τε καὶ ἀκατάληπτον· ἵνα ἔχῃς ἐν ἑαυτῷ ὁ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ τὴν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν καὶ τοὺς τύπους καὶ τὰ παραδείγματα τῆς ἁγίας τριάδος· ἵνα εἰς τὴν εἰκόνα τῆς ψυχικῆς κατασκευῆς βλέπων μηκέτι διστάσῃς ἐν τῷ τριαδικῷ μυστηρίῳ· μηκέτι εἴπῃς καὶ περιεργάζῃ λέγων, εἰ τριάς ἐστιν ὁ θεὸς πῶς ἐστι μονάς; εἰ δὲ εἷς ἐστιν, ὡς λέγεται, πῶς τριάς; καὶ εἰ υἱός ἐστιν ὁ λόγος, πῶς γέννημα δυνατὸν εἶναι συνάναρχον τῷ γεννήτορι; καὶ εἰ ἐκ πατρός ἐστι τὸ πνεῦμα, πῶς οὐκ ἔστι γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευτὸν, ἢ

ποῖον

rationem ab anima, irrationalis deinceps remanet anima tua, vt ſcilicet ex hoc quod ad imaginem Dei eſt, intelligas te, ſi Deum verbum negaris dixerisq́; cum Deo & patre non eſſe, rationis expertem ac belluinum prædicaturum Deum: ſi verò ſpiritum à Deo ſeiunxeris, tum fieri vt mortuum quendam non viuentem aſſeras Deum, ſi philoſophari de eo, quod eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, volueris, ita philoſophare non ex rebus exterioribus, ſed ex iis, quæ intra te ſunt, Deum abditum tibi cognitū redde: ex ea quæ in te ipſo eſt Trinitate, Trinitatem agnoſce, ex rebus in te exiſtētibus: hoc quippe quouis alio ex lege aut ſcriptura petito firmius eſt ac fide dignius teſtimonium. Etenim hanc vnam ob cauſſam tale animal condidit Deus: quandoquidem in mundo prædicandum erat myſterium Trinitatis adeò explicatu difficile, quodque comprehendi non poteſt, vt in te ipſo habeas, qui ad imaginem ſimilitudinemq́; Dei creatus es, imaginem & ſimilitudinem & figuras & exempla ſanctæ Trinitatis: vt cum oculos ad animæ conditionem conuerteris, non iam amplius in myſterio Trinitatis ambigas diſputéſue: neque dicas amplius & curioſè ſcruteris in hac verba: Si trinitas eſt Deus, quomodo eſt vnitas? ſi verò vnus eſt, vt dicitur, quomodo eſt Trinitas? & ſi Filius eſt verbum, quomodo fieri poteſt, vt non minus quàm genitor principio careat? vt ſi ex Patre eſt Spiritus, quomodo non eſt genitus? ſed procedens?

aut

ποῖον προήγαγεν ὁ πατὴρ πρότερον τὸν υἱὸν ἢ τὸ πνεῦμα. εἰ δὲ τὰ ἀμφότερα ἅμα, ἄρα ἂν ἀδελφοθεία καὶ διδυμοτοκία ἐστὶν ἐν τῇ τριάδι; πῶς δὲ καὶ διαγνωσόμεθα ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ ἀκινήτων καὶ ἀμεταστάτων τὸ διάφορον γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως, πῶς δὲ καὶ δυνατὸν ὁμόδοξον εἶναι τὸ γέννημα τῷ γεννήτορι; θέλων δὲ ἄρα τέτοκεν ὁ πατὴρ ἢ μὴ θέλων; τίς δὲ ὁ μάρτυς, ὅτι μιᾶς οὐσίας ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα; καὶ εἰ τελεία ὑπόστασίς ἐστιν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ εἰ τελεία ὑπόστασις ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ εἰ τελεία πάλιν ὑπόστασις τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, τίς μὴ λέγει ὅτι καὶ ὁ νοῦς τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλη ὑπόστασις θεία θεοῦ, καὶ ὁ βραχίων ἄλλος θεὸς, καὶ ὑπόστασις θεοῦ ἑτέρα ὁ δάκτυλος; ὁμοίως καὶ ἡ δεξιὰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ λεγόμενα μέλη θεοῦ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ; ἵνα μὴ τοίνυν ταῦτα λέγῃς καὶ διαλογίζῃ εἰς ἅπερ οἱ αἱρετικοὶ προσκόψαντες καὶ λογισάμενοι ἔπεσον, ἐποίησέ σε ὁ θεὸς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τῆς ἑαυτοῦ τριαδικῆς ὑπάρξεως τριάδα ἑνικὰ τυπικὴν ὁμοούσιον μονάδα γνωριζομένην, ἐν ᾗ καλῶς ἀποβλέπων καλῶς ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ καὶ τύπῳ εὑρήσεις πάντα τὰ περὶ θεοῦ εὐσεβῶς κηρυττόμενα· λέγω δὴ τὸ τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων, τὸ μοναδικὸν τῆς φύσεως, τὸ σύγχρονον, τὸ ἀδιαίρετον, τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἀθεώρητον, τὸ

ἀγέν-

aut vtrum prius produxit Pater, Filium an Spiritum? ſi verò vtrumque ſimul, an fraternitas deitatis & geminorum partus eſt in Trinitate? quo verò pacto in incorporeis, & immobilibus, & immutabilibus generationis & proceßionis diuerſitatem dignoſcemus? quo item pacto fieri poteſt, vt eadem dignitate ac gloria ſit proles qua genitor? an verò volens genuit filius an nolens? Quis porro teſtis eſt vnius eſſe ſubſtantiæ Patrem & Filium & Spiritum ſanctum? & ſi perfecta eſt ſubſiſtentia Deus & pater, & ſi perfecta ſubſiſtentia eſt verbum Dei, & ſi perfecta rurſus eſt ſubſiſtentia ſpiritus Dei, quis non dixerit mentem Dei non eſſe aliam ſubſiſtentiam Dei diuinam, & brachium alium Deum, & ſubſiſtentiam Dei alteram digitum, pari ratione quoque dexteram & reliqua omnia quæ in ſacris literis Dei membra memorantur? Vt igitur iſta non dicas ac ſermocineris, in quæ hæretici offendentes & ratiocinantes lapſi ſunt, ad imaginem & ſimilitudinem trinæ ſuæ exiſtentiæ te creauit Deus figuratam quandam Trinitatem conſubſtantialem vnitatem manifeſtatam, in quam intuens, tanquam in ſpeculo ac figura quadam optimè quæcunque de Deo piè prædicantur inuenies, ſubſiſtentiarum nimirum ſiue perſonarum Trinitatem & vnitatem naturæ, & quòd æquales ſint tempore, quòd inuiſibiles, quòd incomprehenſibiles, quòd effingi nõ poßint, neque ſpectari, itemq́ vt alia ingenita ſit, alia genita,

ἀγέννητον, τὸ γεννητὸν, τὸ ἐκπορευτὸν, τὸ δημιουργικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ κριτικὸν, τὸ ἀψηλάφητον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄφθαρτον, τὸ ἀνώλεθρον, τὸ ἀθάνατον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἀνερμήνευτον, τὸ ὡραιότατον, καὶ συντόμως εἰπεῖν πάντων τῶν ἐν τῇ θεότητι λεγομένων εὐσεβῶς τοὺς τύπους καὶ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰ ἀποσκιάσματα εὑρήσεις ἐν τῇ ψυχῇ σου σκιαγραφούμενα. καὶ διὰ τοῦτο εἴρηται ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἀλλὰ ταῦτα οἱ αἱρετικοὶ καὶ οἱ νῦν ἄπιστοι οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ διενοήθησαν. εἰ γὰρ καλῶς τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀνθρώπου ἐσκόπησαν οὐκ ἂν περὶ τὸ μυστήριον τὸ τριαδικὸν ἐδίστασαν, οὐκ ἂν φυσικαῖς ἀποδείξεσι τὸ ὑπὲρ φύσιν ὑπέβαλον. οὐκ ἂν ἐσκοτίσθησαν λέγοντες ἀδύνατον εἶναι θεὸν τρισυπόστατον τριάδα. εἰ τὸ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ἔμαθεν Ἄρειος οὐκ ἂν ἑτερούσιον τοῦ πατρὸς τὸν λόγον ἐδίδαξεν. εἰ τὰ κατ' εἰκόνα εὐσεβῶς ἐσκόπησε Μακεδόνιος, οὐκ ἂν κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔφασκε. ἀλλὰ τυφλωθέντες ταῦτα πεπόνθασι τοῖς ἔνδον ἐν τῷ κόλπῳ ἑαυτῶν τὸν μαργαρίτην ἔχουσι, τοῦτον δὲ ἀγνοοῦσι καὶ ἐν τῇ ἀβύσσῳ αὐτὸν πλανώμενοι ἐπιζητοῦσιν. ὅρα γοῦν ὅτι οὐ μόνον ἐν πράγμασι τυπικῶς τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ ἡμετέρα ψυχὴ κέκτηται, τυπικῶς λέγω οὐκ ἰσοφυῶς. πῶς δὲ τοῦτο; εὐθέως τὸ λεγόμενον ποιήσω σαφές. ἀπερίγραπτον εἶναι τὸν θεὸν καὶ πατέρα ὁμοίως καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ

ἅγιο

nita, alia procedens, itemq́; vim creandi habeant, prouidentiam rerum & iudicandi facultatem, contrectari nō poſsint, corpore careant, corruptionis expertes ſint, & interitus, immortales & æternæ, neque explicari poſsint & præſtantiſsimæ ſint pulchritudine, atq;, vt paucis complectar, omnium, quæ in diuinitate res piè dicuntur, figuras & imagines atq; adumbrata lineamēta in anima ita depicta comperies, atq; idcirco dictum eſt à Deo, faciamus hominē ad imaginem & ad ſimilitudinem noſtram. Verùm hæretici atq; huius temporis infideles neſcierunt neq; intellexerunt. nam ſi illud ad imaginem & ſimilitudinem ritè conſideraſſent, in myſterio Trinitatis non hæſitaſſent, neq; Phyſicis demonſtrationibus, id, quod naturam ſuperat ſubieciſſent: non obtenebrati eſſent dicentes, Fieri non poteſt vt Deus in tribus perſonis ſit Trinitas. Si quod in ſe erat ad imaginem cognouiſſet Arius, diuerſæ à Patre ſubſtantiæ Verbum eſſe non docuiſſet. Si illud ad imaginem piè conſideraſſet Macedonius, nunquam Spiritum ſanctum creaturam eſſe dixiſſet, ſed excæcati non aliter ſunt affecti, atq; illi qui in ſinu margaritum habent, ipſum autem non nouerunt, & in profundo mari vagando perquirunt. Animaduerte igitur, vt nō modò in rebus ſecundum figuram anima noſtra Dei imaginem in ſe expreſſam habeat, ſecundum figuram inquā, non ad æqualitatem naturæ. quo verò id pacto? continuò id, quod dixi declarabo. Incircumſcriptum eſſe Deum ac patrem,

pari-

ἅγιον πνεῦμα πιστεύομεν. διὸ ὡς ἀπεριόριστοι φε-
ραλλήλους καὶ ἀλληλενδέτους καὶ τὰς οἰκείας προ-
σηγορίας ἔχουσιν. ἐπὰν γὰρ ὀνομάσῃ πατέρα, πρό-
δηλον, ὅτι υἱοῦ αὐτοῦ τινὸς ἐμήνυσεν ἔμφασιν. πῶς
γὰρ ἂν καὶ κληθήσεται πατὴρ μὴ γνωριζομένου υἱοῦ;
ὡσαύτως καὶ ἐπὰν εἴπῃ πνεῦμα, θεὸν ἐδήλωσε· πνεῦ-
μα γὰρ ὁ θεὸς ὥς φησιν ἡ γραφή. εἶτα ἔλθε ἀπὸ ταύ-
της τῆς ἁγίας τριάδος ἐπὶ τὴν εἰκόνα αὐτῆς, τὴν
ἐν ἡμῖν λέγω ἔνδον ὑπάρχουσαν τριάδα, καὶ ὄψει
καὶ τὰς τρεῖς προσηγορίας αὐτῆς φεραλλήλους καὶ
ἡνωμένας ὑπαρχούσας. ἐπὰν γὰρ εἴπῃς ψυχὴν
λογικὴν, καὶ νοερὰν εὔδηλον ὅτι καὶ λόγον καὶ νοῦν
ἐσήμανας· καὶ ἐπὰν ὀνομάσῃς λόγον, πάντως ὅτι καὶ
τὴν λογικὴν ψυχὴν τὴν τούτου γεννητικὴν ἐδήλω-
σας. ὡσαύτως καὶ ἐπὰν εἴπῃς νοῦν ἐκ παντὸς τρόπου
ὅτι καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν λόγον ἐδήλωσας. τίνος
γὰρ καὶ ἔσται νοῦς εἰ μὴ ψυχῆς καὶ λόγου; διὰ δὴ τοῦ-
το ὥσπερ φεράλληλον, καὶ ἀλληλένδετον ἔχουσι τὴν
προσηγορίαν, οὕτω κοινὴν καὶ ἀδιαίρετον ἔχουσι καὶ
τὴν οὐσιώδη ἐνέργειαν. μία γὰρ καὶ ὅμοια ἡ ἐνέργεια
πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, μία ἰσχὺς,
μία δύναμις, μία θέλησις, μία γνώμη. ὅσα γὰρ ἂν
πράττοι ὁ πατὴρ ἀχώριστός ἐστι καὶ συμπράκτωρ καὶ
ὁ υἱὸς, καὶ ὅσα ἂν ἐπιτελῇ ὁ υἱὸς, ἢ τὸ πανάγιον πνεῦ-
μα, συνεργεῖ πάντως ἀδιαιρέτως ὁ πατήρ. οὐδὲ γὰρ

ὁ υἱὸς

pariterq́; Filium & Spiritum ſanctum credimus: quapropter vt infiniti relatas inter ſe ac mutuo nexas & proprias habent appellationes. Vbi enim quis Patrem nominauerit, certum vtique eſt eum Filij cuiuſpiam ſignificationem intuliſſe: Quomodo enim Pater appellabitur niſi Filius etiam intelligatur? Pari ratione vbi dixerit ſpiritum, Deum indicauit: Spiritus enim eſt Deus, vt inquit ſcriptura. Progredere deinde ab hac ſancta Trinitate ad eius imaginem, Trinitatem inquam, quæ in nobis eſt intus exiſtens atq; ita tres quoque ipſius appellationes inter ſe relatas & vnitas deprehendes. Cum enim dixeris animam rationalem ac mente præditam, videlicet & rationem & mentem ſignificaſti, cumque rationem nominaris omnino etiam animam rationalem, quæ huius eſt genitrix, indicaſti, ſimiliter & vbi mentem dixeris, planè etiam animam & rationem ſignificaſti. cuius enim alioquin erit mens niſi animæ & rationis? atq; idcirco ſicut relatam & à ſe mutuo pendentem habent appellationem, ita communem & indiuiduam habent eſſentialem efficacitatem. vna enim & ſimilis Patris & Filij & Spiritus ſancti efficacitas, vna virtus, vna poteſtas, vna voluntas, vna ſententia. quæcunque ſiquidem fecerit Pater, indiuulſus cooperator eſt & Filius, & quæcunque perfecerit Filius aut Spiritus ſanctus, omnino cooperatur indiuisè Pater: neque enim Filius ſine Patre à ſe ipſo per ſe ſolus quid facit, neque vllo modo Pater ſine

ὁ υἱὸς δίχα πατρὸς ἀφ' ἑαυτοῦ καθ' ἑαυτὸν ποιεῖ τι, οὐδὲ ὁ πατὴρ πάντως χωρὶς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. οὔτε πάλιν τὸ πνεῦμα ἄνευ τοῦ υἱοῦ καὶ πατρὸς ἐργάζεταί τι. δεῦρο λοιπὸν πάλιν ἀπὸ τῶν πρωτοτύπων ἐπὶ τὸν τύπον τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ ὄψει μίαν καὶ ὁμοίαν τὴν ἐνέργειαν ἐν ἡμῖν. οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ δίχα λόγου ἐπιτελεῖ τι, οὔτε ὁ λόγος δίχα ψυχῆς, οὔτε μὴν ὁ νοῦς πάλιν καθ' ἑαυτὸν χωρὶς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ λόγου κατεργάζεταί τι διὰ τὴν ὁμοφυῆ καὶ συμφυῆ καὶ ἀλληλένδετον αὐτῶν κοινὴν δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν, τὴν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ. εἰ δὲ λέγεις μοι ὅτι οὐδὲν καθ' ἑαυτὴν ἐνεργεῖ ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, ἤδη τοῦτο καὶ ἡμεῖς προειρήκαμεν, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν οὖσα διὰ τῆς ὕλης ὁρωμένης τὰς ἀοράτους αὐτῆς δείκνυσι δυνάμεις· πλὴν ὅτι καὶ χωριζομένη τοῦ σώματος ἡ κατὰ φύσιν καθαρὰ ψυχὴ καὶ οὐσία τότε μάλιστα διορατικωτέρα καὶ ἁπλῆ, καὶ ἀπαρενόχλητος, καὶ φωτεινοτέρα εὑρισκομένη, κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ ἀληθέστερον δύναται προσαγορεύεσθαι καὶ εἶναι. εἰ δὲ ὡς εἰκὸς διαπαίζει τὰ εἰρημένα ὁ δἰεναντίας, ὡς μὴ δείξαντας ἡμᾶς τρεῖς κυρίως ἀπηρτισμένας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ὑποστάσεις κατ' ἰσότητα τῆς παναγίας τριάδος, μανθανέτω ὁ ἄφρων, ὅτι καὶ εἰκόνα

ἐστὶ

Filio & Spiritu ſancto, nec rurſus Spiritus ſine Filio & Patre quippiam operatur. Age nunc deinceps ab exemplaribus ad effigiem quæ eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei in anima noſtra te conuerte, tumque vnam ac ſimilem in nobis operationem videbis. Nam nec anima ſine ratione quid præſtat, neque ſine anima ratio, neque adeo mens rurſus ſine anima & ratione ſola quid exequitur: quod eiuſdem naturæ ſimulque natam ac deuinctam habeant inter ſe communem virtutem & efficacitatem, quæ eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Quod ſi mihi obiicias, nihil per ſe animam abſque corpore operari, iam id nos quoque antè diximus, in hoc nimirum illam etiam factam ad imaginem & ſimilitudinem per materiam ſubiectam oculis facultates ſuas demonſtrare, quæ ſub aſpectum non cadunt: tametſi cùm à corpore ſeparata eſt natura ſua pura anima & ſubſtantia, tum maximè ad perſpiciendum idonea & ſimplex & ſedata lucidiorque inuenta, verius ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta appellari poteſt & eſſe. Quod ſi ea, quæ dicta ſunt, vt conIicere licet, irrideat aduerſarius, quod tres ſubſiſtentias vel perſonas propriè abſolutas & perfectas in anima ad æqualitatem ſanctiſſimæ Trinitatis non demonſtrauerimus, diſcat ſtolidus ille noſtram animam ad imaginem quandam typicam eſſe

ἐστὶν ἡ ψυχὴ τοπικήν τινα καὶ οὐ κατ᾽ ἰσότητα τῆς ἁγίας τριάδος. πλὴν καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος εἰ μὴ φοβερόν ἐστι τὸ εἰπεῖν, τοπικὴν διαίρεσιν καὶ ἐπιγεγραμμένην διάστασιν ἐξ ἀλλήλων ἔχειν τὸν πατέρα ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ, μὴ παραδράμῃς εἰς τὴν κατ᾽ εἰκόνα σου πρὸς θεὸν ὁμοίωσιν. μηδὲ τοῦτο, λέγω δὴ ὅτι διὰ τῆς τοῦ λόγου σωματικῆς ἐκ χειλέων γεννήσεως ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ τὸ βάθος, καὶ ἡ γνῶσις τῆς ψυχῆς σου, καὶ τοῦ νοὸς τοῖς πᾶσι γνωρίζεται καὶ δημοσιεύεται· δηλοῦντος σοι καὶ τούτου τοῦ ὑποδείγματος κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑπάρχειν θεοῦ. διὰ γὰρ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ θεοῦ λόγου ἐφανερώθη ἐν κόσμῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ γνῶσις καὶ ἡ σοφία καὶ πάντα τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅρα γὰρ πόσα καὶ οἷα τοῦ λόγου εἰς τύπον τοῦ θεοῦ λόγου ἐν κόσμῳ τὰ κατορθώματα καὶ πῶς διὰ λόγου τὰ πάντα δημιουργοῦνται καὶ συνίστανται. λόγῳ ὑπέστησαν ἄγγελοι· λόγῳ τὸν δημιουργὸν γεραίρουσι. λόγῳ τὰ ὁρώμενα γεγόνασι· λόγῳ ἡ κτίσις φωτίζεται· λόγῳ τὰ ὄντα ἐγνώσθησαν· λόγῳ μόνῳ ἐξεφάνθησαν· λόγῳ ἐδείχθησαν τὰ πέρατα· λόγῳ τὸν κτίστην γεραίρομεν· λόγῳ θεογνωσία κεκήρυκται. διὰ λόγου τὸν θεὸν ἐπεγνώκαμεν. διὰ λόγου τὰ πάντα συνί-

στανται·

factam non ad æqualitatem ſanctæ Trinitatis, quin etiam & in diuinitate, niſi fortè nimis inſolens ſit dicere, diſtinctionem quandam localem & aſsignatam diſtantiam à ſe inuicem habere Patrem à Filio & Spiritum ſanctum ex ipſo, ne prætereas hoc etiam ad ſimilitudinem tuam cum Dei imagine explicandam, quòd inquam ex hac corporali verbi ex labiis generatione virtus & ſapientia & prudentia, & potentia & profunditas animæ tuæ ac mentis omnibus innoteſcit ac diuulgatur, cum hoc quoque tibi exemplo declaretur eam ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatam eſſe. Etenim per Dei verbi generationem ſecundum carnem: virtus & potentia & ſcientia, & ſapientia, cæteráque omnia Spiritus ſancti bona in mundo manifeſta ſunt reddita. Vide enim quanta qualiáque ſint verbi, in figuram Dei verbi, in mundo præclara facinora, quaque ratione per verbum omnia condantur & conſtituantur: verbo producti ſunt angeli; verbo concelebrant conditorem: verbo quæ ſub aſpectu cadunt eſſe cœperunt; verbo illuminatur creatura: verbo quæcunque ſunt innotuerunt: ſolo verbo in lucem edita ſunt: verbo producta ſunt elementa: verbo creatorem collaudamus: verbo Dei cognitio promulgata eſt: per verbum Deum agnouimus, per verbum conſtituta ſunt omnia: & quemadmodũ mutus infans, brutus

στανται· καὶ ὥσπερ τὸ ἄλαλον νήπιον ἀνόητόν ἐστιν ἀνθρώποις ἄχρι τῆς διὰ χειλέων τοῦ λόγου γεννήσεως· οὕτω διὰ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου κατὰ σάρκα γεννήσεως πᾶσα ἡ ἀλογία παρῆλθε τῆς ἡμετέρας φύσεως τοῦ θεοῦ λόγου δηλώσαντος τρανῶς τῇ κλίσει τὸν πατέρα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ὅθεν ὡς θεότμητος ἡμῶν ἡ ψυχὴ οὐδὲ ἀποστέλλεται εἰς διακονίαν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος, καθὼς οἱ ἄγγελοι ἀποστέλλονται· ἐπειδὴ ἐκεῖνα μέν εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα. αἱ δὲ τῶν ἁγίων μάλιστα ψυχαὶ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ δεσποτικὰ πνεύματα. εἰ γὰρ καὶ ἠλάττωται ὁ ἄνθρωπος μετὰ τὴν παρακοὴν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους διὰ γοῦν τῆς τοῦ θεοῦ λόγου καθ᾽ ὑπόστασιν ἑνώσεως ἐν αὐτῷ μείζω τι γεγέννηται· ὁ γάρ ποτε κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ, νῦν γέγονε τὸ ἅμα θεῷ· καὶ ὁ πρὶν μεταληπτικὸς τῆς εἰκόνος θεοῦ, γέγονε μεταδοτικὸς τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

eſt ac ſine mente apud homines quouſque verbum labris genuerit, ita per Dei verbi generationem in carne omnis brutalitas naturæ noſtræ deleta eſt, cum Deus verbum Patrem ſuum creaturæ palam & Spiritum ſanctum reuelaſſet. Quocirca, vtpote ex Deo decerpta, noſtra anima ne poſt exceſſum quidem è corpore in miniſterium mittitur, ſicut angeli ipſi mittuntur: quandoquidem ſpiritus adminiſtratorij ſunt illi, animæ verò, ſanctorum præcipuè, ad imaginem Dei dominatorij ſunt ſpiritus. Etſi enim minutus etiam fuerit homo poſt præuaricationem paulo minus ab angelis, tamen per vnigeniti Dei verbi ſecundum hypoſtaſim vnionem in ipſo maius quippiam eſt factus. Ille ſiquidem, qui ad imaginem Dei quondam erat iam factus, eſt quiddam cum Deo, & qui prius imaginis Dei particeps redditus fuit, imaginis ſuæ communicator eſt factus. ipſi gloria in ſecula. Amen.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ διὰ τὴν ἐγγαστρίμυθον πρὸς Θεοδόσιον ἐπίσκοπον.

Ὁ εἰπὼν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, δώσει πάντως καὶ τὴν πρὸς τὸ εὑρεῖν δύναμιν τοῖς φιλομαθῶς κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου διερευνωμένοις καὶ ἀναζητοῦσι τὰ κεκρυμμένα μυστήρια. ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος ὑπὲρ τὴν αἴτησιν ἐπιδαψιλούμενος τῇ μεγαλοδωρεῖ τῶν χαρισμάτων. οὐκοῦν πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει τέκνον Τιμόθεε. πρέπειν γὰρ οἶμαι τῇ τοῦ μεγάλου φωνῇ πρὸς τὴν σὴν ἀγαθότητα χρήσασθαι, καὶ δώῃ σοι κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι, ὥστε σε πλουτισθῆναι ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. νῦν δὲ περὶ ὧν ἐπέταξας, ὅσαπερ ἂν ὁ κύριος ὑποβάλῃ, δι' ὀλίγων ὑπηρετήσασθαί σου τῇ προθυμίᾳ καλῶς ἔχειν ἐδοκίμασα, ὡς ἂν διὰ τούτων μάθοις ὅτι χρὴ δι' ἀγάπης ἀλλήλοις δουλεύειν ἡμᾶς ἐν τῷ ποιεῖν τὰ ἀλλήλων θελήματα. πρῶτον τοίνυν ἐπειδὴ ἐκ τῶν λοιπῶν τῶν κεφαλαίων προτεταγμένον τὸ περὶ τοῦ Σαμουὴλ ἐπιζητούμενον νόημα, διὰ βραχέων ὡς ἔστι δυνατὸν θεοῦ διδόντος ἐκθήσομαι. ἤρεσέ τισι τῶν πρὸ ἡμῶν ἀληθῆ νομίσαι τῆς γοητείδος ἐκείνης τὴν ἐπὶ

S. GREGORII NYSSENI EPISCOPI EPISTOLA DE VENTRILOQVA SEV Pythoniſſa ad Theodoſium Epiſcopum.

QVI diſcipulis ſuis dixit, Quærite & inuenietis, is proculdubio facultatem etiam inueniendi ſtudioſè perquirentibus & ex præcepto Domini recondita ſecreta indagantibus largietur. Non enim mendax eſt, qui promiſit, cuius munificentia donorumq́ue largitio magnifica petitioni corollarium & auctarium addit. Itaque attende lectioni fili Timothee; conuenit enim, vt opinor, magni illius vt Pauli verbis bonitatem tuam alloquar, & det tibi Dominus intellectum in omnibus, ita vt diues fias in omni verbo & in omni ſcientia. nùnc autem de iis quæ iuſſiſti, quæcunq; ſuggeſſerit Dominus operæ pretium me facturum putaui, ſi paucis tuo deſiderio ſubminiſtrarem: vt ex his intelligas, quî nos oporteat inuicem per caritatem ſeruire, dum aliorum mutuò facimus voluntatem. Primum igitur quoniam & illa inter cætera capita prima propoſita eſt, quæ exquiritur de Samuele ſententia, quantum in me ſitum erit, Deo dante, paucis verbis quid videatur exponam. Quibuſdam ante nos placuit veram arbitrari præſtigiatricis illius

 in

τοῦ Σαμουὴλ ψυχαγωγίαν, καὶ ἵνα λόγον τοιοῦτον εἰς συνηγορίαν τῆς ὑπολήψεως αὐτῶν ταύτης παρέχονται, ὅτι λυπουμένου τοῦ Σαμουὴλ ἐπὶ τῇ ἀποβολῇ τοῦ Σαοὺλ, καὶ πάντοτε τοῦτο τῷ κυρίῳ προσφέροντος· τὸ ὅτι θέλει τὴν ἐκ τῶν ἐγγαστριμύθων γινομένην γοητείαν ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν ἀνθρώπων, ἐξεκάθηρεν ἐκ τοῦ λαοῦ Σαοὺλ· καὶ διὰ τοῦτο δυσανασχετοῦντος τοῦ προφήτου ἐπὶ τὸ μὴ θελῆσαι τὸν κύριον διαλλαγῆναι τῷ ἀποβλήτῳ συγχωρῆσαι φασί, τὸν θεὸν ἀναχθῆναι τὴν τοῦ προφήτου ψυχὴν διὰ τῆς τοιαύτης μαγγανείας. ἵνα εἰδῇ ὁ Σαμουὴλ ὅτι ψευδῆ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ θεῷ προετείνετο, λέγων αὐτὸν πολέμιον εἶναι τοῖς ἐγγαστριμύθοις τὸν τηνικαῦτα διὰ τῆς αὐτῶν γοητείας τὴν ἄνοδον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μαντευσάμενον. ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ εὐαγγελικὸν χάσμα βλέπων, ὃ διὰ μέσον τῶν κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἐστήρικται φησιν ὁ πατριάρχης· μᾶλλον δὲ ὁ τοῦ πατριάρχου κύριος, ὡς ἀμήχανον εἶναι τοῖς τε κατακρίτοις ἐπὶ τὴν τῶν δικαίων ἄνεσιν ἀναβῆναι· καὶ τοῖς ἁγίοις πρὸς τὸν τῶν πονηρῶν χορὸν διαπεράσαι· οὐ δέχομαι ἀληθεῖς εἶναι τὰς τοιαύτας ὑπολήψεις. διδαχθεὶς μόνον ἀληθὲς εἶναι πιστεύειν τὸ εὐαγγέλιον· ἐπειδὴ τοίνυν μέγας ἐν ἁγίοις ὁ Σαμουὴλ, πονηρὸν δὲ κτῆμα ἡ γοητεία, οὐ πείθομαι ὅτι ἐν τοσούτῳ τῆς ἰδίας ἀναπαύσεως ὁ Σαμουὴλ

κατα-

in Samuele animarum euocationem, atque ad opinionis ſuæ patrocinium eiuſmodi rationem quandam afferunt: quòd cum propter Saulis reiectionem triſtitia affectus eſſet Samuel, ſempérque Deo proponeret Saulem præſtigias ventriloquorum, quibus homines in fraudem illiciebant, de populo eraſiſſe, ideoque ægreferret Propheta, quod à ſe reiecto placari nollet, permiſiſſe Deum, inquiunt, vt per eiuſmodi magicas artes Prophetæ anima euocaretur, vt videret Samuel falſa ſe Deo in ipſius defenſionem allegaſſe: cum eum diceret infenſum ventriloquis atque hoſtem fuiſſe, qui tum temporis, dum oraculum conſulit, in cauſa fuerat, vt eius anima euocaretur. Ego verò dum mihi in mentem venit Euangelicum illud chaos, quod in medio malorum bonorumqúe firmatum eſt, inquit Patriarcha, vel potius Patriarchæ Dominus: ita vt neque poßint damnati ad ſanctorum quietem aſcendere, neque ſancti ad improborum cœtum penetrare: veras eſſe ſententias eiuſmodi non admitto: vtpote qui ſolum verum credere Euangelium ſum edoctus. Quando igitur magnus inter ſanctos erat Samuel, res autem mala eſt magia & incantatio, cum tantis Samuel in deliciis verſa-

καταστὰς, τὸ ἀδιόδευτον ἐκεῖνο χάσμα πρὸς τοὺς ἀσεβοῦντας διήργετο, οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων· ἄκων μὲν οὖν οὐκ ἂν ἔτι ὑπέμεινε τὸ μὴ δύνασθαι τὸ δαιμόνιον διαβῆναι τὸ χάσμα· καὶ ἐν τῷ χορῷ τῶν ὁσίων γινόμενον μετακινῆσαι τὸν ἅγιον· ἑκὼν δὲ οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησε, τῷ μήτε βούλεσθαι ἐπιμιχθῆναι τοῖς κακοῖς, μήτε δύνασθαι. τῷ γὰρ ἐν ἀγαθοῖς ὄντι ἀβούλητον ἀπὸ τῶν ἐν οἷς ἐστιν ἡ πρὸς τὰ ἐναντία μετάστασις· εἰ δέ τις καὶ βούλεσθαι δοίη, ἀλλ' ἡ τοῦ χάσματος φύσις οὐκ ἐπιτρέπει τὴν πάροδον· τί οὖν ἐστὶν ὁ περὶ τούτων ἡμεῖς λογιζόμεθα; ἐχθρὸς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν ὁ κοινὸς πάντων πολέμιος, ᾧ πᾶσα ἐστὶν ἐπίνοια καὶ σπουδὴ εἰς αὐτὰ τὰ καίρια βλάπτειν τὸν ἄνθρωπον. τίς δὲ τοιαύτη καιρία κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἄλλη πληγή, ὡς τὸ ἀποβληθῆναι ἀπὸ τοῦ θεοῦ ζωοποιοῦντος καὶ πρὸς τὴν ἀπώλειαν τοῦ θανάτου ἑκουσίως αὐτομολῆσαι; ἐπειδὴ τοίνυν σπουδή τις ἐστὶ κατὰ τὸν βίον τοῖς φιλοσωμάτοις γνῶσιν τινὰ τῶν μελλόντων ἔχειν δι' ἧς ἐλπίζουσιν ἢ τῶν κακῶν ἀποφυγὴν ἢ πρὸς τὰ καταθύμια χειραγωγίαν· τούτου χάριν ὡς ἂν μὴ πρὸς τὸν θεὸν οἱ ἄνθρωποι βλέποιεν, πολλοὺς τρόπους τῆς τοῦ μέλλοντος γνώσεως, ἡ ἀπατηλὴ τῶν δαιμόνων ἐτεχνάσατο φύσις, οἰωνοσκοπίας, συμβολομαντείας, χρηστήρια, ἡπατοσκοπίας, νεκυΐας, ἐνθουσιασμούς, κατακωχάς, ἐμπνεύ-

verſaretur, neque volentem eum neque inuitum profundum illum hiatum & chaos imperuium arbitror traieciſſe. Nam inuitus quidem id non ſuſtinuiſſet, quod hiatum dæmon pertranſire non poſſet, atque ex medio beatorum cœtu virum ſanctum aliò transferre: volens autem id non feciſſet. quod neque cum improbis commiſceri vellet neque poſſet, qui enim in bonis verſatur, ab iis in quibus verſatur, ad contraria ſponte non tranſit. Quod ſi quis etiam illum voluiſſe concedat, non tamen ipſius hiatus natura tranſeundi poteſtatem feciſſet. Quid ergo eſt, quod de his nobis in mentem venit? Cum naturæ humanæ ſit inimicus, communis omnium hoſtis, id vnum cogitat ſtudétque, vt non quoduis homini, ſed lethale vulnus infligat. quodnam porro aliud tale vulnus hominibus lethale poſsit infligi, quàm ſi à vitæ auctore Deo reiiciatur, vt in mortis exitium præceps vltro feratur? Quoniam igitur homines voluptarij corporiſque plus æquo amantes in hac vita ſtudio res futuras ſciendi tenentur: qua cognitione vel mala ſe euitaturos ſperant, vel id quod deſiderant aſſequuturos: idcirco ne à Deo pendeant homines prænotionis rerum futurarum varia genera fallax dæmonum natura commenta eſt, auguria, diuinationes per ſymbola, oracula, haruſpicia, mortuorum euocationes, furoris afflatus, numinis inſtinctus, inſpirationes

aliáque

ἐμπνεύσεις καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά· καὶ ὅπερ ἄν τις
εἶδος προγνώσεως ἐχόμενος ἀπάτης ἀληθὲς εἶναι νο-
μίσειεν, ἐκεῖνο τὸ ἀπατηλὸν δαιμόνιον παραφαί-
νεται εἰς δικαίωσιν τῆς ἠπατημένης ὑπολήψεως
τοῦ πεπλανημένου· οὕτω καὶ τὴν τοῦ ἀετοῦ πτῆσιν πρὸς
τὴν τοῦ παρατετηρηκότος ἐλπίδα συνδραμεῖν πα-
ρασκευάζει ὁ δαίμων, καὶ τοῦ ἥπατος τὸν παλμόν,
καὶ τὴν ἐκ τοῦ φυσώδους γινομένην τῶν μιλίγγων
παραφοράν, καὶ τῶν ὀμμάτων παραστροφὴν καὶ
ἑκάστῳ κατὰ τὴν σημειωθεῖσαν ἐκ τῆς ἀπάτης παρα-
τήρησιν ἡ τοῦ δαίμονος πανουργία προδείκνυσι τοῖς
ἀπατωμένοις· ὥστε ἀποστάντας τοὺς ἀνθρώπους τοῦ
θεοῦ προσέχειν τῇ θεραπείᾳ τῶν δαιμόνων δι' ὧν
ἐνεργεῖσθαι τὰ τοιαῦτα πιστεύουσιν. ἓν τοίνυν ἀπάτης
εἶδος ἦν καὶ τὸ τῶν ἐγγαστριμύθων· ὧν ἡ μαγγα-
νεία ἐπιστεύετο δύνασθαι τὰς τῶν κατοιχομένων
ψυχὰς πάλιν πρὸς τὸν ἄνω βίον ἐφέλκεσθαι. τοῦ
τοίνυν Σαοὺλ ἐν ἀπογνώσει σωτηρίας γεγονότος·
διὰ τὸ πανστρατιᾷ συγκεκινεῖσθαι κατ' αὐτοῦ πάν-
τα ἀλλόφυλον καὶ ἐπὶ ταύτην ἐλθόντος τὴν ἐπί-
νοιαν, ὥστε τὸν Σαμουὴλ αὐτῷ τρόπον ὑποθέσθαι τινὰ
σωτηρίας· τὸ παραμένον τῇ ἐγγαστριμύθῳ δαιμό-
νιον, δι' οὗ ἠπατᾶτο ἐκ συνηθείας τὸ γύναιον εἰς δια-
φόρους μορφὰς σκιωδῶς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ γυ-
ναίου ἐσχηματίζετο· οὐδενὸς τῷ Σαοὺλ προφαινομέ-

aliáque plurima id genus: tum quæcunque prænotionis ſpecies ex aliqua fallacia vera cuipiam videatur, illa continuò à fallaci dæmone monſtratur, vt hoc tanquam patrocinio eius, qui in fraudem illectus eſt, fallax opinio iuſta comprobetur. Sic efficit dæmon, vt aquilæ volatus cum eius, qui obſeruarit, ſpe & expectatione concurrat, & vt iecoris palpitatio & membranarum ac pelliculárum ex inflatione orta titubantia, & oculorum inuerſiones & vnaquæque prout notata fuerit ex fallacia obſeruatio, deceptis hominibus à verſutia dæmonis commonſtratur: vt à Deo diſcedentes dæmonum cultui ſe addicant, à quibus talia perfici credunt. Porro vnum erat ex illis fallaciæ generibus hoc ventriloquorum, ſeu Pythonem habentium, quorum præſtigiæ poſſe animas eorum, qui deceſſerant, rurſus ad hanc ſuperſtitum vitam pertrahere credebantur. Cum itaque Saul de ſua ſalute deſperaret, quod omnes copias ſuas aduerſus ipſum alienigenæ omnes collegiſſent, ſibique perſuaſiſſet, ſe à Samuele viam aliquam atque rationem edoceri poſſe, qua incolumis euaderet: quod Ventriloquæ inſidebat dæmonium, à quo de more muliercula decipiebatur, varias ſibi formas vmbratiles in mulierculæ oculis effingebat, cum interim nihil eorum, quæ conſpiciebat muliercula,

Sauli

νου, ὧν καθεώρα γύναιον. ὡς γὰρ ἥψατο τῆς γοητείας καὶ ἤδη τῷ γυναίῳ ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς τὰ φαντάσματα, πίστιν τοῦ ἀληθῆ τὰ φαινόμενα εἶναι ταύτην ὁ δαίμων ἐμηχανήσατο τὸ πρῶτον αὐτοῦ κεκρυμμένου ἐν τῷ εἴδει τοῦ προσχήματος διασαφῆσαι, δι' οὗ μᾶλλον ὁ Σαοὺλ κατεπλάγη, ὡς οὐδὲν ἔτι τῆς γυναικὸς σφαλησομένης, τῷ τὸ ἰδιωτικὸν σχῆμα τὴν γοητικὴν δύναμιν μὴ ἀγνοῆσαι. εἰπούσης τοίνυν αὐτῆς θεοὺς ἑωρακέναι ἀναβαίνοντας, καὶ ἄνθρωπον ὄρθιον ἐν διπλοΐδι, πῶς στήσουσι τὸ καθ' ἱστορίαν οἱ δοῦλοι τοῦ γράμματος; εἰ γὰρ ἀληθῶς ὁ Σαμουὴλ ἐστὶν ὁ ὀφθεὶς, οὐκοῦν κατ' ἀλήθειαν καὶ θεοί εἰσιν οἱ ὀφθέντες παρὰ τῆς φαρμακίδος, θεοὺς δὲ ἡ γραφὴ τὰ δαιμόνια λέγει· πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ἆρ' οὖν μετὰ τῶν δαιμόνων καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ Σαμουὴλ; μὴ γένοιτο. ἀλλὰ τὸ πάντοτε ὑπακοῦον τῇ φαρμακίδι δαιμόνιον, παρέλαβε καὶ ἄλλα πνεύματα πρὸς ἀπάτην αὐτῆς τε καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ δι' ἐκείνης ἀπατωμένου Σαούλ. καὶ τὰ μὲν δαιμόνια θεοὺς νομίζεσθαι παρὰ τῆς ἐγγαστριμύθου ἐποίησεν, αὐτὸ δὲ πρὸς τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος ἐσχηματίσθη· καὶ τὰς ἐκείνου φωνὰς ὑπεκρίνατο· καὶ ὅπερ εἰκὸς ἦν ἐκ τῶν φαινομένων λογίσασθαι τὴν ἐκ τοῦ ἀκολούθου ἐκβήσεσθαι προσδοκηθεῖσαν ἀπόφασιν. ὡς ἐν εἴδει προφητείας ἐφθέγξατο. ἤλεγξε δὲ καὶ ὡς

οὐκ

Sauli appareret. Ut enim incantationem ſuam aggreſſa eſt, iamque mulierculæ ob oculos phantaſmata & ſpectra verſabantur, ex eo fidem ſuis apparitionibus conciliare voluit dæmon, quod eius perſonam, qui diſsimulato habitu latebat, declararit; quæ res maiorem in admirationem Saulem traduxit: vt exiſtimaret non aberraturam deinceps ab vllius rei cognitione mulierem, cum priuati habitus magicæ facultati non impoſuiſſet. Poſtquam ergo dixit illa ſe Deos aſcendentes videre; & virum erectum amictum pallio, quo pacto ſtabilient, quod ad hiſtoriam attinet, qui ſerui ſunt literæ? Si enim verè Samuel eſt ille, qui viſus eſt, planè igitur veri ſunt etiam Dij, qui à venefica ſunt viſi, nam & dæmonia Deos dicit ſcriptura, omnes enim Dij gentium dæmonia, num igitur cum dæmonibus erit & anima Samuelis? abſit. verùm illud, quod ſemper veneficæ obſequebatur, dæmonium aſſumpſit & alia ſecum dæmonia: vt cùm mulierem falleret, tum eum qui ab ipſa fallebatur Saulem: atque effecit, quidem vt dæmonia Dij à ventriloqua cenſerentur, ipſum autem illa ſe ſpecie induit quæ requirebatur & voces illius ſimulauit, & quantum licebat veriſimili aſſequi coniectura ex iis, quæ apparebant, conformato in ſpeciem prophetiæ reſponſo, quæ ex conſequenti euentura putabantur, denuntiauit. Porro ſeipſum volens nolens arguit dæmon veritate prolata, dum dixit,

οὐκ ἐβούλετο ἑαυτὸν ὁ δαίμων εἰπὼν τὴν ἀλήθειαν· ὅτι ἄγγελον σὺ καὶ Ἰωνάθαν μετ' ἐμοῦ. εἰ γὰρ ἀληθῶς ἦν ὁ Σαμουὴλ, πῶς ἐνεδέχετο τὸν ἐν πάσῃ κακίᾳ κατεγνωσμένον μετ' ἐκείνου γενέσθαι; ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἀντὶ τοῦ Σαμουὴλ ὀφθὲν τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο δαιμόνιον. μεθ' ἑαυτοῦ ἔσεσθαι τὸν Σαοὺλ εἰπὼν οὐκ ἐψεύσατο εἰ δὲ λέγει ἡ γραφὴ ὅτι καὶ εἶπεν ὁ Σαμουὴλ, μὴ ταρασσέτω τὸν ἐπιστήμονα ὁ τοιοῦτος λόγος. ἀλλὰ προσκεῖσθαι νομιζέτω, ὅτι ὁ νομισθεὶς εἶναι Σαμουήλ. εὑρίσκομεν γὰρ τὴν γραφικὴν συνήθειαν πολλαχοῦ τὸ δοκοῦν ἀντὶ τοῦ ὄντος διεξιοῦσαν, ὡς ἐπὶ τοῦ Βαλαάμ· νῦν μὲν λέγοντος αὐτοῦ, ὅτι ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς, μετὰ ταῦτα δὲ, ὅτι γνοὺς δὲ ὁ Βαλαὰμ ὅτι ἀρεστὸν ἦν τῷ θεῷ μὴ καταρᾶσθαι τοὺς ἰσραηλίτας, οὐκ ἔτι κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀπῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῖς οἰωνοῖς, ὁ γὰρ ἀνεπισκέπτως κἀκεῖ τὸν ἀληθινὸν θεὸν νομίσει διαλέγεσθαι τῷ Βαλαάμ, ἡ μέντοι ἐπαγωγὴ δείκνυσιν, ὅτι τὸν ὑπὸ τοῦ Βαλαὰμ νομιζόμενον θεὸν οὕτως ὠνόμασεν ἡ γραφὴ, οὐχὶ τὸν ὄντως ὄντα θεόν. οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ὁ δόξας εἶναι Σαμουὴλ τοὺς τοῦ ἀληθινοῦ Σαμουὴλ ὑπεκρίνατο λόγους, εὐφυῶς τοῦ δαίμονος ἐκ τῶν εἰκότων μιμουμένου τὴν προφητείαν. τὸ δὲ κατὰ τὸν Ἡλίαν πλείονος μὲν χρήζει τῆς θεωρίας· οὐ μὴν ἐν τῷ προτεθέντι ζητήματι. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ χειμάῤῥου ὕδωρ πίνειν προσταχθεὶς κατὰ τὸ

λεληθὸς

Cras tu & Ionathan mecum, ſi enim verè Samuel erat, quomodo fieri poterat, vt is qui omnium ſcelerum reus erat, cum illo eſſet? Verùm hinc liquet Samuelis loco dæmonium illud improbum viſum, cùm ſecum futurum Saulem dixit, mentitum non eſſe. Etſi autem ſcriptura dicat etiam, Samuel hoc dixit, ne commoueant hæc verba peritum lectorem, ſed additum exiſtimet, qui putabatur eſſe Samuel. Hanc enim conſuetudinem eſſe ſcripturæ comperimus, vt ſæpe rei veræ loco id quod apparet enarret, vt in hiſtoria Balaam nunc quidem dicente ipſo, Audiam, quid loquetur in me Deus: deinde verò cum nouiſſet Balaam, quòd placeret Deo vt non malediceretur Iſraëli, nequaquam abiit, ſicut conſuetum ei erat, in occurſum auſpiciis, qui enim inconſideratus fuerit, ibi quoque verum Deum cum Balaam colloqui arbitrabitur. Sanè quidem quod ſubiicitur argumento eſt, eum qui Balaam putabatur, Deum ſic appellaſſe ſcripturam, non eum, qui verè Deus eſſet. Sic igitur hic quoque is, qui Samuel eſſe videbatur, verba veri Samuelis ſimulabat: dum ingenioſè dæmon: ex iis quæ probabile erat euentura, prophetiam imitaretur. Quod autem de Elia interrogaſti, maiori indiget conſideratione, non item in propoſita quæſtione. Etenim qui iuſſus eſt aquam bibere ex torrente, laten-

λεληθὸς τοῦ θεοῦ συνεβουλεύετο, ὥστε τὴν παρὰ τοῦ προφήτου ἐκφωνηθεῖσαν κατὰ τῶν ἰσραηλιτῶν ἀνομβρίας ἀπόφασιν, δι' αὐτοῦ πάλιν ἀναλυθῆναι· ᾧ γὰρ ἐδόθη ἐκ μόνου τοῦ χειμάρρου πίνειν, τοῦ δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐν τοῖς αὐχμοῖς ἀποξηραινομένου, ἄλλης τῷ προφήτῃ μὴ εὑρισκομένης, πρὸς τὴν δίψαν παραμυθίας, διὰ τὸ ἀπειρῆσθαι αὐτῷ ἀλλαχόθεν πιεῖν, ἐπάναγκες ἦν αἰτῆσαι τὸν ὄμβρον, ἵνα μὴ ἐπιλείπῃ τὸ ὕδωρ τὸν χείμαρρον· γίνεται δὲ τῷ προφήτῃ παρὰ τῶν κοράκων ἡ τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίων διακονία. δεικνύντος διὰ τούτων τοῦ θεοῦ τῷ προφήτῃ, ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ παραμεμενηκότες τῇ τοῦ ἀληθινοῦ λατρείᾳ. ὅθεν χορηγεῖτο διὰ τῶν κοράκων ἡ τροφὴ τῷ προφήτῃ· οὐ γὰρ ἂν τῶν μεμιασμένων αὐτῷ προῆγεν ἄρτων, ἢ τὸ εἰδωλόθυτον κρέας, ὥστε καὶ διὰ τούτων ἐναχθῆναι τὸν ἠλίαν, καθυφεῖναί τι τοῦ κατὰ τῶν ἠσεβηκότων θυμοῦ, μαθόντα διὰ τῶν γινομένων, ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ πρὸς τὸν θεὸν ὁρῶντες· οὓς οὐκ ἔστι δίκαιον συγκαταδικασθῆναι τοῖς ὑπαιτίοις. εἰς γὰρ πρωί μὲν ὁ ἄρτος, ἐν γὰρ τῇ ἑσπέρᾳ τὸ κρέας αὐτῷ διακονεῖται. ἴσως δ' αἰνίγματος πρὸς ἐνάρετον βίον σπουδὴν τὸ γινόμενον ἔχει, ὅτι χρὴ ἀρχομένοις τῶν τελειοτέρων κατὰ τὴν τοῦ παύλου φωνήν, ὅς φησιν· ὅτι τελείων δὲ ἐστὶν ἡ στερεὰ τροφὴ τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων. τὸ

δὲ

ter à Deo admonebatur fore, vt à Propheta prolata contra Iſraëlitas ſententia ſiccitatis & penuriæ imbris, ab ipſo rurſus reſcinderetur. Cui enim datum eſt, vt ex ſolo torrente biberet, illo quidem, vt veriſimile erat, æſtibus exſiccato, cum aliunde nihil ſuppeteret Prophetæ, quo ſitim leuaret, quandoquidem vetitum illi fuerat, ne aliunde potum ſumeret, neceßitas incumbebat, vt pluuiam poſtularet; ne torrens aqua deſtitueretur. Porro à coruis, Prophetæ, quæ ad victum erant neceſſaria, ſubminiſtrantur: Deo per hæc Prophetæ declarante, multos eſſe qui in Dei veri cultu perſeuerarent, ex quo cibus Prophetæ ſuppeditabatur: neque enim pollutos ei panes, aut idolis immolatas carnes porrigerent. Atque ita per hæc incitabatur Elias, vt aliquid de ſua in eos, qui impij in Deum fuerant, ira remitteret: cum ex iis quæ fiebant intelligeret, multos eſſe qui Deum colerent, quos æquum non ſit cum reis puniri. Quod verò mane quidem panis, veſpere autem carnes illi ſubminiſtrantur fortaſſe per ænigma illud quod ſit ſtudium ſeu diligentiam ad vitam cum virtute tranſigendam præ ſe fert. quod iis qui incipiunt opus ſit cibo, qui eſt perfectiorum, iuxta Pauli dictum, Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudine exercitatos,

f. non opus esse iis qui incipiunt, cibo, qui

δὲ κάλυμμα τοῦ Μωυσέως οὐκ ἀνοήσεις πρὸς ὅτι βλέπει τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ Παύλου καθομιλήσας. ὅσα δὲ περὶ τῶν θυσιῶν ἐπεζήτησας, καλῶς ποιήσεις ὅλον τὸ Λευιτικὸν φιλοπονώτερον ἐξετάσας, καὶ μετὰ πλείονος τῆς προσεδρίας καθολικῶς τὸν ἐν τούτοις θεωρήσεις νόμον. οὕτω γὰρ συγκατανοηθήσεται τῷ ὅλῳ μέρος· ἐφ' ἑαυτοῦ γὰρ τοῦτο μόνον οὐκ ἂν διευκρινηθείη πρὸ τῆς τοῦ παντὸς θεωρίας. ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως ἐπηπορημένοις πρόδηλός ἐστιν ἡ λύσις. ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἄγγελος, ἀλλ' ἐν ἀρχαγγέλοις ἦν τεταγμένος ὁ ἀποστάτης γενόμενος. δῆλον οὖν ὅτι τῇ ἀρχῇ συνενδείκνυται καὶ τὸ ὑποχείριον τάγμα, ὥστε λελῦσθαι τὴν ζήτησιν περὶ τοῦ πῶς εἷς ἦν καὶ μετὰ πλήθους ἐστί· τῆς γὰρ ὑποχειρίου στρατιᾶς αὐτῷ συναποστάσης σεσαφήνισται τὸ ζητούμενον. τὸ δὲ τελευταῖον τῶν ἐπιζητηθέντων κεφάλαιον, λέγω δὴ τὸ πῶς παραγίνεται τὸ πνεῦμα πρὸ τοῦ βαπτίσματος, πλατυτέρας ἐξετάσεώς τε καὶ θεωρίας δεόμενον, ἰδίῳ περιγράψαντες λόγῳ, θεοῦ διδόντος ἀποστελοῦμεν σου τῇ τιμιότητι.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν φωσφόρον καὶ ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ κυρίου λόγος.

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς· εὐφημήσωμεν σήμερον τὸν μονογενῆ θεὸν, τὸν τῶν οὐρανίων γενέτορα, τὸν τῶν

κρυφίων

exercitatos ſenſus habent. Moyſis autem velamen, quò ſpectet, non ignorabis, ſi epiſtolam ad Corinthios lectitaris. Quod verò attinet ad ea, quæ de ſacrificiis percontatus es, rectè feceris ſi Leuiticum ſtudioſius ſcrutatus fueris, maiorię́ aſsiduitate generatim eas, quæ ad iſtas pertinent leges, conſideraueris. ſic enim fiet, vt cum toto partem intelligas: ſeparatim namq́; hoc ſolum non facile fuerit diſcernere ac diſcutere ante totius generis diſquiſitionem. In his verò dubitationibus, quæ ad contrariam pertinent poteſtatem, manifeſta eſt ſolutio, non ſimpliciter Angelum fuiſſe, ſed inter Archangelos conſtitutum fuiſſe eum, qui deſertor eſt factus. Liquet ergo vna cum imperio ſubditam illi turmam indicari: ſic, vt ſoluta ſit quæſtio illa, quo pacto vnus fuerit: & cum multitudine ſit: cum enim id, quod ſubiectum illi erat agmen, cum eo defecerit, expoſitum eſt quod quærebatur. Poſtremum verò caput quæſtionum propoſitarum, quomodo inquam ſpiritus ante baptiſmum adueniat, ampliori indiget diſquiſitione atque conſideratione, quod cum proprio libro complexi fuerimus Deo dante ad tuam reuerentiam tranſmittemus.

Eiuſdem in luciferam ſanctamq; Domini reſurrectionem ſermo.

B*Enedictus Deus, vnigenitum Deum, cœleſtium genitorem qui ex abditis terræ penetralibus ca-*

κρυφίων λαγόνων τῆς γῆς ὑπερκύψαντα καὶ ταῖς φαεσφόροις ἀκτῖσι τὴν ὅλην οἰκουμένην ἐπισκιάσαντα. εὐφημήσωμεν σήμερον τὴν ταφὴν τοῦ μονογενοῦς, τὴν ἀνάστασιν τοῦ νικητοῦ, τὴν χαρὰν τοῦ κόσμου, τὴν ζωὴν τῶν ἐθνῶν τοῦ κόσμου. εὐφημήσωμεν σήμερον τὸν τὴν ἀθανασίαν ἐνδυσάμενον. εὐφημήσωμεν σήμερον τὸν θεὸν λόγον, ὃς τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν ἤλεγξε, τῶν προφητῶν τὴν πρόρρησιν ἐκύρωσεν, τῶν ἀποστόλων τὸν σύνδεσμον συνήθροισε, τῆς ἐκκλησίας τὴν κλῆσιν, τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ἐφήπλωσε. ἰδοὺ γὰρ ἡμεῖς οἱ ποτὲ ξένοι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιγνώσεως τὸν θεὸν ἐπέγνωμεν καὶ τὸ γεγραμμένον πεπλήρωται, μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. τί μνησθήσονται; τὴν παλαιὰν πλάσιν, τὴν νέαν ἀνάστασιν, τὴν ἀρχαίαν παράβασιν, καὶ τὴν ὕστερον διόρθωσιν, τὴν θνῆσιν τῆς Εὔας, τῆς παρθένου τὴν γέννησιν, τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπανόρθωσιν, τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν ἄφεσιν, τῶν προφητῶν τὴν πρόρρησιν, τῶν ἀποστόλων τὸ κήρυγμα, τῆς κολυμβήθρας τὴν ἀναγέννησιν, τοῦ παραδείσου τὴν ἐνοίκησιν, τῶν οὐρανῶν τὴν ἐπάνοδον, τὸν δημιουργὸν ἀνιστάμενον, τὸν τὴν ἀπρέπειαν ἀποδυσάμενον, τὸν τῇ θεϊκῇ μεγαλουργίᾳ τὸ φθαρτὸν καὶ ἀφθαρσίαν μεταλλάξαντα. καὶ ποίαν ἀπρέπειαν ἀπέθετο; ἣν Ἡσαΐας εἶπε, καὶ εἴδομεν

αὐτὸν

put extulit ac luciferis radiis vniuerſum orbem terrarum contexit, hodie celebremus ſepulturam vnigeniti, reſurrectionem victoris, gaudium mundi, vitam gentium mundi. Celebremus eum hodie, qui induit immortalitatem, celebremus hodie Deum verbum, qui ſapientiam mundi redarguit, Prophetarum prædictionem confirmauit, Apoſtolorum cœtum congregauit Eccleſiæ vocationem, ſpiritus gratiam expandit. Ecce enim nos à Dei cognitione quondam alieni Deum agnouimus, & quod ſcriptum erat adimpletum eſt, Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ; & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium. Cuius tandem rei reminiſcentur? veteris nimirum illius lapſus, nouæ reſurrectionis, antiquæ tranſgreſſionis, & correctionis recentioris, mortis Euæ, generationis virginis, gentium conuerſionis, peccatorum relaxationis, prophetarum prædictionis, Apoſtolorum prædicationis, lauacri regenerationis, paradiſi inhabitationis, reditus in cœlum, conditoris reſurgentis, qui ignominiam & dedecus exuit & diuina quadam magnificentia corruptibile ad incorruptionem traduxit. Quodnam verò dedecus abiecit? quod nimirum Eſaias dixit. Et vidimus

αὐτόν φησι, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. πότε οὖν ἄτιμος; ὅτε τοῖς ἀλιτηρίοις Ἰουδαίοις προσωμίλει, καὶ Σαμαρείτης καὶ δαιμόνιον ἔχων ἐκαλεῖτο. ὅτε Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης καὶ τὰ τοῦ σκότους γεννήματα πρὸς φόνον ἐκράτουν τὸν ἀχώρητον. οὐκ ἀσκόπως ἔλεγεν αὐτοῖς Ἰωάννης γεννήματα ἐχιδνῶν τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ὄντως γὰρ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτούς. πότε οὖν ἄτιμος; ὅτε τὶ βλάστημα τῆς ἐπιεικείας ῥάπισμα διελάμβανον, καὶ μεθ' ὅρκων ἠρώτων τὸν ὅρκων δικαστὴν ὑπὸ ἄρχοντα. πότε οὖν ἄτιμος; ὅτε ἐδικάζετο ὁ δικαστὴς, καὶ ἐκρίνετο ὁ κριτὴς τοῦ κόσμου. ὁ οἰκέτης ἠρώτα, καὶ δεσπότης ἐσιώπα. τὸ φῶς ἡσύχασε, καὶ τὸ σκότος ἐγαυρία. τὸ πλάσμα ἐθρασύνετο, καὶ ὁ δημιουργὸς ἐκαρτέρει. πότε οὖν ἄτιμος; ὅτε οἱ ταῦροι ἐκεράτιζον, καὶ ὁ μόσχος παρίστατο. ὅτε ὁ λέων ὠρυᾶτο, καὶ οἱ ταῦροι ἠγαυριῶντο, καθὼς γέγραπται, περιεκύκλωσάν με μόσχοι, ταῦροι πίονες περιέσχον με. ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. πότε οὖν ἄτιμος; ὅτε οἱ κύνες ὕλαττον, καὶ ὁ δεσπότης ἠνείχετο. ὅτε οἱ λύκοι ἥρπαζον, καὶ τὸ πρόβατον παρίστατο. ὅτε ὁ λῃστὴς εἰς ζωὴν ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ ζωὴ τοῦ κόσμου εἰς θάνατον εἵλκετο. ὅτε ἐβόων ἐκείνην τὴν ἄτακτον καὶ ὀλέθριον φωνὴν, ἆρον,

eum, inquit, & non habebat ſpeciem neque decorem: ſed ſpecies eius inhonorata & deficiens præ filiis hominum. Quando inhonoratus erat? tum ſcilicet cum verſabatur cum Iudæis ac Samaritanis & dæmonium habens audiebat. Cum Iſcariotes Iudas & genimina tenebrarum eum, qui comprehendi non poteſt, ad cædem tenebant. Non abſurdè illis dicebat Ioannes, Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? verè enim ira Dei ſuper ipſos manebit. Quando erat inhonoratus? cum modeſtiæ germen colaphis malè tractabatur, & iuramentorum iudicem cum adiurationibus iuramentis interrogabant. Quando inhonoratus erat? cum cauſſam dicebat diſceptator & iudex mundi iudicabatur: Famulus interrogabat & Dominus tacebat: lumen quieſcebat, & tenebræ exultabant: creatura inſultabat & creator ſuſtinebat. Quando inhonoratus erat? quando nimirum tauri cornibus impetebant & vitulus tolerabat: Quando leo rugiebat & tauri exultabant. ſicut ſcriptum eſt. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me: apperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens & rugiens. Quando inhonoratus erat? quando canes allatrabant: & Dominus patienter ferebat: quando lupi dirapiebant & ouis ſuſtinebat: quando latro vocabatur ad vitam, mundi autem vita ad mortem trahebatur: quando inconditam illam & peſtiferam vocem mittebant,

ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, οἱ κυριοκτόνοι, οἱ προφητοκτόνοι, οἱ θεομάχοι, οἱ μισόθεοι, οἱ τοῦ νόμου ὑβρισταὶ, οἱ τῆς χάριτος πολέμιοι, οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως τῶν πατέρων, οἱ συνήγοροι τοῦ διαβόλου, τὰ γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν, οἱ ψιθυρισταὶ οἱ καταλάλοι, οἱ ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ἡ ζύμη τῶν Φαρισαίων, τὸ συνέδριον τῶν δαιμόνων, οἱ ἀλάστορες, οἱ πάμφαυλοι, οἱ λιθασταὶ, οἱ μισόκαλοι. εἰκότως γὰρ ἔκραζον, ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν· ἐβάρει γὰρ αὐτοὺς ἡ ἐπιδημία τῆς θεότητος μετὰ σαρκὸς, καὶ ἐλύπει τὸν ἔλεγχον. ἔθος γὰρ ἁμαρτωλοῖς μισεῖν τὴν τῶν δικαίων συντυχίαν. πότε ἦν ἄτιμος; ὅτε αὐτὸν ἐφραγέλλωσαν, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον ἐβασάνιζον φέροντα ἑκουσίως πάνθ', ἵνα τοὺς παλαιοὺς μώλωπας τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων θεραπεύσῃ. ὅτε τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐβάσταζε τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον· ὅτε στέφανον ἐξ ἀκανθῶν περιέβαλλον τῷ στεφανοῦντι τοὺς πεποιθότας ἐπ' αὐτόν· ὅτε πορφύραν ἐνέδυσαν τὸν ἀφθαρσίαν τοῖς ἀναγεννωμένοις δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἁγίου χαριζόμενον· ὅτε προσήλωσαν τῷ ξύλῳ τὸν τῆς ζωῆς καὶ τοῦ θανάτου κύριον ὑπάρχοντα. πότε ἦν ἄτιμος; ὅτε ἐθριάμβευον ἐμπαίζοντες οἱ στρατιῶται τὸν τῆς στρατιᾶς τῶν οὐρανῶν δεσπότην. πότε ἦν ἄτιμος; ὅτε καλάμῳ περιθέντες σπόγγον

ἐμπλή-

tebant, Tolle tolle, crucifige eum, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Percuſſores Domini, prophetarum percuſſores, Dei oppugnatores, Dei oſores, legis contemptores, hoſtes gratiæ, à parentum fide alieni, patroni diaboli, genimina viperarum, ſuſurratores, detractores, tenebris obſcuratum habentes intellectum, Phariſæorum fermentum, conſilium dæmonum, pernicioſi ac peßimi homines, lapidatores, omnis boni oſores. Meritò ſanè clamabant, Tolle tolle, crucifige eum: illos quippe diuinitatis in carne præſentia offendebat & reprehenſio malè habebat. ſolent enim peccatores iuſtorum congreſſum odiſſe. Quando inhonoratus erat? quando ipſum flagellabant, eiuſq; ſanctiſsimum corpus torquebant: dum omnia ſponte toleraret, vt veteres noſtrorum peccatorum liuores ſanaret: quando crucis lignum humeris ſuis tanquam aduerſus diabolum trophæum portabat: quando coronam è ſpinis illi circumdabant, qui in ſe confidentes coronat: quando purpura induebant eum, qui per aquam & Spiritum ſanctum regeneratis incorruptionem largitur: quando vitæ mortiſq; Dominum ligno affigebant. Quando inhonoratus erat? cùm tanquam in triumpho ductum contumeliis cœleſtis militiæ Dominum milites contumeliis iniuriiſque vexabant. Quando inhonoratus erat? quando calamo ſpongiam circumponentes & implentes aceto,

ἐμπλήσαντες ὄξους ἐπότιζον αὐτὸν, καὶ χολὴν ἐδίδουν τὸν τὸ μάννα αὐτοῖς ἐπομβρίσαντα. ὅτε αἱ πέτραι ἐρρήγνυντο, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίζετο, τῶν ἀλιτηρίων τῇ τόλμῃ ἐκπληττόμενα. ὅτε ὁ ἥλιος ἐπένθει καὶ τὸ σκότος ὡς σάκκον ἐνεδύετο πενθῶν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόπτωσιν. ἐθρήνει γὰρ ἡ ἡμέρα τὰς Ἰουδαίων συμφοράς. ἐν μέσῳ λῃστῶν ἡ ζωὴ ἐκρέματο, τοῦ μὲν ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος, τοῦ δὲ τῇ μετανοίᾳ λῃστεύοντος τὸν παράδεισον. πότε ἦν ἄτιμος; ὅτε τὸ σῶμα πρὸς ταφὴν ἐδίδοτο. πότε ἦν ἄτιμος, ὅτε στρατιῶται ἐφύλαττον, καὶ ἡ γῆ κατέκρυπτε τὸν τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἑδράσαντα· ὅτε οἱ ἀπόστολοι ἐκρύπτοντο τῶν πειρασμῶν τὸν ὄγκον οὐ δυνάμενοι φέρειν, ἀλλὰ ὅρα ἀγαπητὲ τοῦ θεοῦ τὰ θαύματα, καὶ μετὰ τὸ πάθος τῆς χαρᾶς τὰ κατορθώματα· ὁ ἄτιμος εἰς εὐδοξίαν μετεβάλλετο, καὶ ἡ τοῦ κόσμου χαρὰ ἄφθαρτος ἐγήγερται μετὰ τοῦ σώματος. τότε ὤδινεν ἡ γῆ, καὶ ἐκυοφόρησεν ἡ ἡμέρα, καὶ ἀπέπτυσεν ὁ θάνατος τὴν πάντων ζωήν. οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου τὸν πάντα λόγῳ κρατοῦντα. ἑορτάσωμεν τοίνυν τριήμερον ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου πρόξενον. ὥσπερ γὰρ Μαρία ἡ θεοτόκος παρθενικὰς καὶ ἀνυμφεύτους ὠδῖνας οὐ λύσασα βουλήσει θεοῦ καὶ πνεύματος χάριτι ἐγέννησε τὸν τῶν αἰώνων ποιητὴν τὸν ἐκ θεοῦ θεὸν λόγον, οὕτως καὶ ἡ γῆ ἐκ τῶν

to, potum ei dabant, & ei, qui manna illis pluerat, fel porrigebant: quando petræ confringebantur & velum templi ſcindebatur, vt nefariorum hominum audaciam perterrefacerent: quando ſol lugebat, & ſe tenebris tanquam ſacco amiciebat, vt Iudæorum caſum lamentaretur. dies quippe Iudæorum calamitates plangebat. In medio latronum vita pendebat: dum hic quidem probra iactaret & obloqueretur, ille verò pœnitentia paradiſum deprædaretur. Quando inhonoratus erat? cum corpus ad ſepulturam dabatur. Quando inhonoratus erat? cum milites cuſtodiebant & occultabat terra eum, qui terram ſuper aquas fundauit: cum Apoſtoli perſequutionis grauitatem ferre non valentes, abſcondebantur. Sed aduerte, cariſſime, Dei miracula & proſperos lætitiæ euentus paſſionem ſubſequutos. Ille inhonoratus in glorioſum ſtatum translatus eſt & cum corpore, immortale mundi gaudium reſurrexit. Tum parturiebat terra, & vterum dies geſtabat; vitam omnium mors euomuit: non enim fieri poterat, vt is à morte teneretur, qui omnia continet verbo. Feſtum igitur triduanæ reſurrectionis celebremus, quæ vitæ conciliatrix eſt æternæ. Quemadmodum enim Maria Deipara virgineis & illibatis doloribus non ſolutis, Dei voluntate ac Spiritus gratia ſeculorum peperit conditorem Deum verbum ex Deo, ſic

animadverte

&

οἰκείων λαγόνων τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου λύσασα ἀπέπλυσε κελευθεῖσα τὸν τῶν Ἰουδαίων δεσπότην. οὐ γὰρ ἠδυνάτο κατέχειν σῶμα φορεῖον ἀθανασίας γενόμενον. σκοπῶν τοίνυν ὁ προφήτης Δαβὶδ τῆς εὐπρεπείας τὴν διόρθωσιν, τοῦ θανάτου τὴν λύσιν, τῶν ποτὲ δούλων τὴν ἐλευθερίαν, βοᾷ καὶ λέγει ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, τὴν ἀφθαρσίαν, τὴν ἀθανασίαν, τῶν ἀποστόλων τὴν σύγκλητον, τῆς ἐκκλησίας τὸν στέφανον. οὐκ ἔτι Ἰούδας προδίδωσιν· οὐκ ἔτι Καϊάφας ἀπειλεῖ· οὐκ ἔτι Ἡρώδης πρὸς παιδοκτονίαν ὁπλίζεται· οὐκ ἔτι Πιλάτος δικάζει, οὔτε Ἰσραηλῖται κρατοῦσι. τὸ γὰρ φθαρτὸν γέγονεν ἄφθαρτον, καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενος ἄνθρωπος ψιλὸς, θεὸς ἀποδέδεικται ἀληθινός· διὸ καὶ ἡμεῖς βοῶμεν. ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος. ὁ κύριος ἐβασίλευσεν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐνεδύσατο κύριος δύναμιν καὶ περιεζώσατο. δύναμιν λέγει τὴν διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν. ὅτι γὰρ δι' ἐκείνης ἦν δυνατώτερος διὰ σώματος ὁ ἀσώματος δαίμονας κατέβαλε. διὰ σταυρὸν τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἐξεπολιόρκησεν. ἐπειδὴ γὰρ τὰ πρῶτα ἐκλόνει τὴν γῆν ἡ ἁμαρτία ἀναστὰς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καθὼς προεῖπεν ἐστερέωσεν αὐτὴν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ μηκέτι πρὸς ὄλισθον ἀπολείας βαδίζειν· μήτε χειμῶσι τῆς πλάνης

ῥιπί-

& terra ex ſuis penetralibus doloribus mortis ſolutis iuſſa Dominum Iudæorum effudit. Non enim poterat detinere corpus, quod immortalitatis vehiculum factum erat. Quamobrem huius decoris reſtitutionem, mortis diſſolutionem, & eorum, qui ſerui quondam erant, libertatem proſpiciens, Propheta Dauid clamat & dicit, Dominus regnauit decorem indutus eſt, incorruptionem, immortalitatem, Apoſtolorum ſenatum, Eccleſiæ coronam. Non iam amplius Iudas prodit: non amplius Caiphas minatur: non amplius Herodes ad puerorum cædem armatur: non amplius iudicium Pilatus exercet: neque Iſraëlitæ comprehendunt. Corruptibile ſiquidem factum eſt incorruptibile, &, qui apud ipſos nudus homo reputabatur, verus declaratus eſt Deus. Quapropter & nos clamamus, vbi mors ſtimulus tuus, vbi victoria tua inferne? Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Fortitudinem dicit diſpenſationem per carnem. nam quoniam potentior illius opera erat, per corpus incorporeus dæmones proſtrauit, per crucem aduerſarias virtutes expugnauit. Quandoquidem namque initio terram peccatum commouebat, reſurgens Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſicut prædixit, crucis eã ligno firmauit, vt ne amplius ad perditionis caſum feratur, neque procellis erroris

ῥιπίζεσθαι. μάρτυρα δὲ τοῦ λόγου τὸν μακάριον Παῦλον ἀγάγωμεν λέγοντα ἁπλῶς· δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. διὸ καὶ ὁ ψαλμῳδὸς λέγει ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε· ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ· καὶ ἡ βασιλεία σου βασιλεία αἰώνιος ἥτις οὐ διαφθαρήσεται, καὶ πάλιν, ἡ βασιλεία σου βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πάλιν, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν.

Ἦλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἑστιάσεως λειτουργία μετέχειν μᾶλλον ἑτέρων, ἢ ἑαυτοὺς παρέχειν ἄλλοις, ὄντας ἐπιτηδείους. καί τοι γε ἔγωγε καὶ παντελῶς ἠξίουν ἀτελὴς εἶναι τῶν τοιούτων φόρων διὰ τὴν τοῦ λέγειν πενίαν κατά τινα νόμον συμποτικόν. ἀκούω γὰρ τοὺς ἀκροτέρους τὴν δίαιταν, ὅταν ἐκ περιόδου τῷ κοινῷ συσσιτίῳ τὰς εὐωχίας παρασκευάσωσιν, εἴ τις ἐκ τοῦ καταλόγου τῶν δαιτυμόνων πενέστερος εἴη, τοῦτον κοινῆς συνθήκης ἀτελῆ σύνδειπνον ἔχειν· οὕτω καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην ἐπισίτιος εἶναι τῆς τῶν πλουσίων τροφῆς· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ καλός τε καὶ πλούσιος ἑστιάτωρ οὗτος οὐδὲ ἡμῶν φείδεται, διακονεῖν δὲ προστάττει, ἐρῶ πρὸς αὐτόν· φίλε χρῆσον

μοι

iactetur. Huius verò ſermonis teſtem B. Paulum citemus cuius hæc verba ſunt, Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Propterea & ait pſalmiſta: Parata ſedes tua Deus ex tunc à ſeculo tu es, & regnum tuum regnum æternum, quod non deſtruetur. & iterum: regnum tuum regnum omnium ſeculorum. & rurſus: Dominus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ, quoniam ipſi gloria & poteſtas, &c. in sæcula sæculorum. Amen.

Eiuſdem in ſuam ordinationem.

AD nos etiam ſpiritualis inſtruendi conuiuij ſors, & officium deuolutum eſt: tametſi idonei potius ſimus, vt alienorum participes fiamus bonorũ, quàm vt ipſi noſtra largiamur Equidem omni ope conatúque contendi, vt ab eiuſmodi pendendis tributis propter meam in dicendo penuriã immunis eſſem: prout etiam fert lex quæpiam conuiuiorum. Sic enim accepi homines, qui lauta & magnifica victus ratione vtuntur, cum communibus compranſoribus omnibus in orbem conuiuia inſtruxerint, ſi quis ex numero conuiuarum ſic anguſtioris fortunæ, ſolitos eum à communi ſymbola conferenda immunem menſæ ſocium non repudiare. Ita quoque optabam ipſe ditiorum epulis tanquam menſarum aſſecla adhiberi. quando autem eximius & opulentus hic conuiuij Dominus ne nobis quidem vult parcere, ſed & miniſtrare nos iubet: ſic agam cum illo, Amice commoda

μοι τῶν σῶν ἄρτων. ἄρτους δὲ λέγω τὴν διὰ τῶν εὐχῶν συμμαχίαν. πῶς γάρ ἐστι τοῖς πνευματικοῖς τούτοις κηρίοις τὴν ἀκοὴν ὑμῶν ἐντρυφήσασαν πενιχρῷ καὶ πτωχεύοντι δεξιώσασθαι λόγῳ; καὶ τάχα καλῶς εἶχεν, ἵν' ὥσπερ ἐπὶ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων, μόνων γὰρ τῶν ἰσχυόντων ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τὸ στάδιον· οἱ δὲ λοιποὶ θεαταὶ γίνονται τῶν ἀγωνιζομένων· οὕτω καὶ εἰς τὸ πνευματικὸν τοῦτο στάδιον μόνους τοὺς σφριγῶντας ἐν τῇ δυνάμει τῶν ἁγίων πρὸς τοὺς ἀγωνιστὰς ἀποδύεσθαι. εἰ δέ τις εἴη τῶν οἷος ἐγὼ, ᾧ παλαιὰ μὲν ἡ θρὶξ, νωθρὰ δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου ἡ δύναμις, ὑπότρομος δὲ καὶ ὑποσκάζων ὁ λόγος, τοῦτον ἐᾶν τοῖς ἱδρῶσι τῶν ἀγωνιστῶν ἐπευφραίνεσθαι. οὐκοῦν μηκύνωμεν ὑμῖν ἀδελφοὶ τὸ προοίμιον ἐνασχολούμενοι τῷ θαύματι τῶν προλαβόντων ἤδη κεκοσμημένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε· ὁ δὲ κόρος ἀπὸ γλυκασμάτων ἐστίν· τούτοις γὰρ ὑμᾶς ὁ προλαβὼν λόγος ἐπιθρύπτετο. τάχα οὖν ἄχρηστον κόρον ἐπέβαλλε κόρῳ ἐπάνω τῶν χρυσῶν λόγων, οἷον τισὶ μολυβδίνοις νομίσμασι τὴν μνήμην ἐπιφορτίζοντα· πλὴν ὅτι συντελεῖ πολλάκις εἰς συνεργίαν κάλλους καὶ ἡ χείρων ὕλη καταμιχθεῖσα τῇ κρείττονι· ἐγγὺς ἡ ἀπόδειξις. ὁρᾷς τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦτον ὄροφον, ὡς καλὸς ἰδεῖν, ὡς γλαφυρὸς ταῖς γλυφαῖς ἐπανθεῖ τὸ χρυσίον; οὗτος χρύσεος ὢν ὅλος τὴν ἐπιφάνειαν, κύκλοις τισὶ

ῥ.λοων

mihi aliquot ex panibus tuis: panes autem appello, quod precibus fertur auxilium. Quid enim attinet aures veſtras, quæ ſpiritualibus iſtis fauis ſeſe oblectarunt, ieiuna egenaq; excipere oratione? Ac fortaſſe melius ſe habeat, ſi quemadmodum in Gymnicis certaminibus illorum eſt ſtadium, qui virib. corporis in illis valent, cæteri verò decertantium fiunt ſpectatores, ita in hoc ſpirituale ſtadium illi ſoli, qui virtute ſanctorum ac robore pollent, aduerſus athletas prodeant: Si quis autem ſit ex iis, quorum vnus ego ſum, cui cani ſint crines, fracta autem ob ætatem vires, tremula etiam & nonnihil claudicans oratio, huic permittatur, vt ſe athletarum contentionibus ſpectandis oblectet. Ne igitur longius vobis fratres ſermonis exordium protrahamus: cum mirificis eorum qui ante nos dixerunt orationibus operam dederitis, Iam ſaturati eſtis: iam diuites facti eſtis: à rebus quippe dulcibus ſatietas gignitur: quibus nimirum vos abunde præcedens tractatus enutriuit. Itaq; iam nihil aliud fortaſſe agetur, quam vt ſatietas ſatietati adiiciatur, ac veluti poſt aureos ſermones memoriam veſtram plumbeis numiſmatibus oneremus: niſi fortè quoniam ſæpe non nihil ad conciliandam pulchritudinem confert etiam materia deterior admixta meliori: cuius rei demonſtratio nō longè peti poteſt: Vides hanc concamerationem, quæ capitibus noſtris imminet? quàm pulchra ſit aſpectu, quàm affabrè factis ſculpturis aurum interſplēdeat? Hæc cum tota videatur

τισὶ πολυγώνοις κυανῷ διακεχρισμένος ὑποκεχάρακται. τί οὖν βούλεται τῷ τεχνίτῃ ἡ κυανός; ὡς ἂν οἶμαι τῷ ἐναλλάσσοντι τὰς χροιὰς ἀντιπαραθεωρούμενος ὁ χρυσὸς πλέον ἐκλάμποι. εἰ οὖν ἡ κυανὸς ἐμμιχθεῖσα τῷ χρυσῷ περικαλλεστέραν τὴν αὐγὴν ἀποδείκνυσι, οὐκ ἄκαιρον ἴσως τῇ λαμπηδόνι τῶν προῤῥηθέντων λόγων καὶ τὴν ἡμετέραν παραγραφῆναι μελάνην. ἔτι ὑμῖν ἐν προοιμίοις ἀδολεσχοῦμεν ἀλλ᾽ ἀκούσατε. ἀκούω Μωϋσέα τὸν μέγαν, ὅτε τὴν σκηνὴν τοῖς Ισραηλίταις ἐπήγνυτο, καὶ τὸν Βεζελεὴλ ἐκεῖνον; ὃς πνεύματι θείῳ τὴν σοφίαν ἔσχεν τῆς ἀρχιτεκτονικῆς αὐτοδίδακτον, κοινῇ προθεῖναι τὴν φιλοτιμίαν πλουσίοις καὶ πένησι, τῶν μὲν πλουσίων χρυσὸν καὶ πορφύραν καὶ τοὺς τιμίους τῶν λίθων ἐκλεγόντας, τῶν δὲ πενήτων ξύλα καὶ δέρματα καὶ τὰς τῶν αἰγῶν τρίχας οὐκ ἀποβάλλοντας. ἀλλ᾽ οὐκ ἄκαιρος τῆς ἱστορίας ἴσως ἡ μνήμη. ὁ γάρ μου τὴν καρδίαν ἐπέδραμε νόημα βούλομαι καὶ τῷ κοινῷ παραθέσθαι. πνεύματι θείῳ ὁ Βεζελεὴλ σοφὸς ἐξ ἰδιώτου ἐγένετο· οὕτω γὰρ ἡ ἱστορία φησίν· ἀκουέτω τοίνυν ὁ πνευματομάχος. ὁ θεῖον εἰπὼν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ ἡ ἐπίβασις οἷόν τι ἴχνος τὴν τῆς σοφίας χάριν τῇ ψυχῇ ἐνσημαίνεται· ἆρα καθυβρίζει τῇ τοῦ θείου προσηγορίᾳ τὴν ἀξίαν τοῦ πνεύματος; ἆρα μικρόν τι καὶ ταπεινὸν περὶ αὐτοῦ νοεῖν ὑποτίθεται; τί τῶν

aurea, circulis quibuſdam multorum angulorum cæruleis picta diſtinguitur. Quodnam igitur fuit conſilium artificis, dum cæruleum colorem adiecit? vt efficeret opinor, dum colores variantur, vt aurum alteri collatum illuſtrius effulgeret. Si ergo color cæruleus immixtus auro efficit, vt multo pulchrior eius ſplendor emicet: non incommodum opinor fuerit, ſi iam pronuntiatorum ſermonum fulgori noſtrorum color hic niger appingatur. Adhuc proœmiis garruli vos detinemus, ſed audite. Magnum illum Moyſem audio, quo tempore tabernaculum Iſraëlitis erigebat, ac Bezeleelem illum, qui diuino ſpiritu partam ſapientiam architectonicæ non ab alio edoctus ſed à ſe habebat, communi quadã æmulatione diuites ſimul ac pauperes prouocari voluiſſe, dum diuitum quidem aurum, & purpuram lapideſq; pretioſos ſeligerent, egenorum verò ligna pelleſque ac pilos caprarum non reiicerent. Enimuero haud importuna fuerit aut à propoſito aliena fortaßis hiſtoriæ huius commemoratio: libet enim quod mihi in mentem venit in medium proferre. Spiritu diuino Bezeleel ex imperito ſapiens eſt factus: ita enim narrat hiſtoria. Audiat ergo qui Spiritui ſancto bellum indixit. Is qui Spiritum ſanctum dixit diuinum, cuius ingreſſus & quaſi veſtigium ſapientiæ gratiam in anima deſignat, num Spiritus dignitatem ſeu deitatẽ diuini appellatione traducit? num ſuadet vt aliquid exiguum aut humile de ipſo cõcipiamus? Quid quæſo ex rebus

ἐν τῇ κλίσει τῷ ὀνόματι τούτῳ σημαίνεται; μὴ ἐπίκτητον οἴεται τῷ πνεύματι τὴν θεότητα; μὴ διπλόην τινὰ καὶ σύνθεσιν περὶ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον ἐννοεῖ; τάχα οὐκ ἔστι ταῖς τοιαύταις ὑπονοίαις συνενεχθῆναι; ἀλλ' ὁμολογεῖ πάντων θεῖον ὂν τὸ πνεῦμα τῇ φύσει τοιοῦτον τι εἶναι καὶ λέγεσθαι. ὁρᾷς ὡς αὐτομάτως ἐκκαλύπτεταί σοι ἡ ἀλήθεια; πολλὰς γὰρ θείας φύσεις τὸ τῶν χριστιανῶν οὐκ ἐπίσταται κήρυγμα· ἐπεὶ ἀνάγκη πᾶσι καὶ πολλοὺς θεοὺς ἀναπλάττεσθαι. οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν πολλοὺς νοηθῆναι θεοὺς μὴ τῆς κατὰ φύσιν ἑτερότητος τὸ τῶν θεῶν πλῆθος διαγγελλούσης. εἰ οὖν μία παρὰ πάντων θεία φύσις εἶναι πιστεύεται· θεῖον δὲ τῇ φύσει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τί διατέμνεις τῷ λόγῳ τὸ συνημμένον τῇ φύσει; ἀλλὰ τίς μοι δώσει τὴν δύναμιν τοῦ λόγου ἐκείνου, οὗ τὸ τέλος σωτηρία τῶν ἀκουόντων ἦν; μίαν προσήκατο φωνὴν Ἱεροσολυμίταις ὁ Πέτρος, καὶ τοσαῦται χιλιάδες ἀνθρώπων τῇ περιβολῇ τοῦ λόγου ὑπὸ τοῦ ἁλιέως ἐσαγηνεύθησαν. τοσοῦτοι δὲ καὶ τοιοῦτοι παρὰ τῶν διδασκάλων ἐν ἡμῖν τρίβονται λόγοι καὶ τίς γέγονε τῶν σωζομένων προσθήκη; τὸ ἐκλεῖπον ἐκλείπει φησί τις τῶν προφητῶν. τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνήσκει. τὸ πεπλανημένον οὐκ ἐπιστρέφει. λέλυται τῆς ἀγάπης ὁ σύνδεσμος; ἥρπασται τῶν θησαυρῶν ἡμῶν ἡ εἰρήνη. ὢ τῶν κακῶν, προσάγομαι γὰρ ἐπιστενάξαι τῷ πάθει

ἡμέτε-

creatis hoc nomine ſignificari ſolet? num acquiſitam & aſcititiam eſſe putat Spiritui diuinitatem? num duplicitatem aliquam aut compoſitionem ſimplici & incompoſito attribuit? Fortaſſe non licet eiuſmodi opinionibus fidem adhibere. Atqui planè confitetur Spiritum, qui diuinus eſt, naturâ talem dici ac prædicari. Vides vt tibi veritas vltro reueletur? plures enim diuinas naturas Chriſtiana neſcit religio: quandoquidem ita omnino neceſſe eſſet plures quoque Deos confringere. Non enim fieri poteſt, vt multos intelligamus Deos, niſi hæc Deorum multitudo per diuerſitatem ſecundum naturam enuntietur. Si ergò vna ab omnibus natura diuina eſſe creditur, Spiritus porro ſanctus natura diuinus, quid oratione diuidis quod natura coniunctum eſt? Verùm quis illam mihi ſermonis virtutem concedet, cuius finis ſalus extitit auditorum? vnam emiſit Hieroſolymitanis vocem Petrus, & tot hominum millia nuda ſermonis ſagena ab illo piſcatore ſunt capta. Iam multi verò tantique à doctoribus in nos impenduntur ſermones, quæ verò ex iis qui ſaluantur facta eſt acceſſio? Quod deficit deficit, ait quiſpiam ex Prophetis; quod moritur moritur: quod aberrauit, non reuertitur: ſolutum eſt vinculum caritatis: abrepta eſt pax ex theſauris noſtris. O rem calamitoſam? cogit enim me mali ac doloris magnitudo ingemiſcere, noſtra erat olim poſ-

Libere

ἡμέτερον κτῆμα τὴν ἀγάπη· ποτὲ πατρῷος ἡμῖν οὗ-
τος ὁ κλῆρος, ὃν διὰ τῶν μαθητῶν ἡμῖν ὁ κύριος
ἐθησαύρισεν εἰπών, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν,
ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· ἀλλὰ ταύτην τὴν κληρονο-
μίαν οἱ μὲν ἐφεξῆς διάδοχοι παρὰ πατρὸς ἐκδε-
χόμενοι μέχρι τῶν πατέρων ἡμῶν διεσώσαντο. ἡ δὲ
ἄσωτος αὕτη γενεὰ οὐκ ἐφύλαξε. πῶς οἴχεται τῶν
χειρῶν ἡμῶν διαῤῥυεὶς τῆς ἀγωγῆς ὁ πλοῦτος; ἡμεῖς
[illegible] τῆς πτωχεύομεν καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς ἐναβρύ-
[illegible] νονται. ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις οὕτως φησὶν ὁ ψαλ-
μῳδός· ἐγὼ δὲ μικρόν τι παρῳδήσας τὸ ῥηθὲν ἀναγνώ-
σομαι, ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, ἐζήλωσα εἰρήνην
ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. ἐκεῖνοι ἀλλήλοις συνίστανται,
καὶ ἡμεῖς ἀπ' ἀλλήλων διατεμνόμεθα. ἐκεῖνοι ἑαυ-
τοὺς συνασπίζουσι, καὶ ἡμεῖς τὸν ἡμέτερον συνασπισμὸν
διαλύομεν· κλέψας τὸ ἡμέτερον κτῆμα ὁ τῶν ψυ-
χῶν λωποδύτης τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας φέρων
προσέῤῥιψε, οὐκ ἐκείνους εὐεργετῶν. τοῦτο μηδεὶς
οἰέσθω. ὁ γὰρ τῶν κακῶν εὑρετὴς εὐεργέτης γενέσθαι οὐ
δύναται· ἀλλ' ἵνα χείρους αὐτοὺς ἐν τῇ περὶ τὸ κακὸν
συμπνοίᾳ παρασκευάσῃ. ἀλλά τί μοι τοὺς ἔξω κρί-
νειν φησὶν ὁ εἰπών· ἐγὼ δὲ πῶς ἀδακρυτὶ βαστάσω
τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀλλοτρίωσιν; πῶς ᾤχετο κατα-
λιπὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν ὁ ἀδελφὸς ὁ νέος οὗτος,
ἄλλος ἐκεῖνος ὁ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δηλούμενος κἂν
ὑπο-

ſeßio caritas: paterna noſtra hæc hæreditas quam per diſcipulos ſuos nobis Dominus theſaurizauerat dicens, Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem: Iſtam autem hæreditatem ij quidem, qui deinde ſequuti ſunt, ſucceſſores filij à patribus ordine excipientes vſque ad patres noſtros conſeruarunt: At hæc prodiga generatio illam minimè cuſtodiuit. Quomodo è manibus noſtris elapſæ hæ inſtitutionis diuitiæ pereunt? nos caritatis indigi ſumus, & alij bonis noſtris luxuriant & gloriantur. Zelaui ſuper iniquos, ſic ait pſalmiſta. Ego verò nonnihil quaſi per parodiam inflectens dictum illud ita legam, zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Illi inter ſe iunguntur, & nos ab inuicem ſeparamur. Illi quaſi teſtudine facta coëunt inter ſe, at nos teſtudinem noſtram cuneumq; diſsipamus. Furto ſurreptam poſſeßionem noſtram animarum prædo ad hoſtes veritatis delatam proiecit; non vt beneficio eos afficeret, nemo ſic arbitretur: non enim poteſt afficere beneficio inuentor malorum, verùm, vt eos in malarum rerum concordia deteriores efficeret. Sed quid mihi, de iis qui foris ſunt iudicare, vt inquit ille? At ego qui poßim alienationem fratrum ſine lachrymis ferre? quomodo paterna ſubſtantia derelicta iunior hic frater diſceßit? alter ille in Euangelio deſcriptus, licet canicie corporis animi iuuenilita-

ἀποκρύπτῃ τῇ πολιᾷ τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς τὴν νεότητα· πῶς ἂν ἐχώρησεν εἰς χώραν μακρὰν δραπετεύσας ἀπὸ τῆς πίστεως; πῶς οἴχεται καὶ αὐτὸς ἡμισεύσας τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν ἐν τῷ καθελκύσαι τὰ ὑψηλὰ τῶν δογμάτων πρὸς τὰ ταπεινὰ καὶ χοιρώδη νοήματα, ταῖς αἱρετικαῖς πόρναις προσδαπανήσας τὸν πλοῦτον; πόρνη γάρ ἐστιν ἡ αἵρεσις ταῖς ἠγαπημέναις ἡδοναῖς γοητεύουσα. εἰ γὰρ ἔλθοι ποτὲ εἰς ἑαυτὸν ὥσπερ ἐκεῖνος· εἰ γὰρ ἐπιθυμήσειε πάλιν τῆς πατρῴας τροφῆς· εἰ γὰρ ἐπαναδράμῃ πρὸς τὴν πλουσίαν τράπεζαν, ἐν ᾗ πολὺς ὁ ἐπιούσιος ἄρτος ὁ τρέφων τοὺς τοῦ κυρίου μισθίους· μίσθιοι δὲ τοῦ θεοῦ πάντες οὗτοι οἱ ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπαγγελίας τὸν ἀμπελῶνα τοῦ θεοῦ ἐργαζόμενοι. οἷος ἂν ἐγίνετο πρὸς αὐτὸν ὁ δρόμος, οὐκ ἑνὸς πατρὸς, ἀλλὰ τοσούτων πατέρων προσαπαντώντων, περιπλεκομένων, ἀσπαζομένων φιλήμασιν, ἠνέχθη στολὴ τῆς πίστεως ἡ πρώτη ἣν αἱ τριακόσιαι ὀκτὼ καὶ δέκα ψυχαὶ καλῶς ἐριθεύουσαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐξύφηναν. ἐκεῖθεν τῇ χειρὶ δακτύλοις ἐκτετυπωμένην ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν σφραγῖδα τῆς πίστεως, οἱ χοροὶ, ὁ μόσχος, ἡ συμφωνία, τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κατήλεκται, πλὴν τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ζηλοτυπίας. ἀλλὰ τί μάτην ὀνείρους ἑαυτοῖς ἀναπλάττομεν; ἐσκλήρυνται καρδίαι τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἀντιτύπως ἔχουσι, τοὺς κοινοὺς πατέρας προβάλλονται καὶ τὴν κληρονομίαν τὴν ἀπ' αὐτῶν οὐ προσδέχονται

τῆς

nilitatem occultet? quomodo fugitiuus à fide in longinquam regionem ſeceßit? quomodo abit & ipſe paternis bonis in duas dimidias partes diuiſis, qui dum ſublimia dogmata ad humiles & ſuillas opiniones deiecit, cum meretricibus hæreticis ſuas diuitias diſsipauit? Meretrix enim eſt hæreſis, quæ voluptatibus quaſi præſtigiis attrahit. Quod ſi quando in ſeipſum vt ille reuerſus fuerit: ſi quando rurſus ad paternorum ciborum cupiditatem exarſerit: ſi ad diuitem menſam recurrerit, in qua multus ſuperſubſtantialis eſt panis, qui Domini mercenarios alit; mercenarij quippe ſunt Dei omnes iſti qui ob ſpem repromißionis in vinea Dei operantur: qualis ad eum fiet non vnius parentis ſed tam multorum patrum concurſus, qui obuiam illi prodibunt, qui amplectentur, qui oſculis illum excipient? Prolata eſt ſtola fidei prima quam trecentæ octodecim animæ præclara textrina Eccleſiæ contexuerunt; Vnde annulus in manu expreſſum fidei ſigillum habens, choreæ, vitulus, ſymphonia cætera omnia quæ in Euangelio commemorantur, excepta fratris inuidia. Verumenimuero quid fruſtra nobis ipſis ſomnia fingimus? obdurata ſunt corda fratrum & contraria ratione ſunt affecti: communes patres obiiciunt; & acceptam ab illis hæreditatem non admittunt, communem ſibi

vendi-

τῆς κοινῆς εὐγενείας ἀντιποιοῦνται καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς συγγενείας ἀλλοτριοῦνται· τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἀντικαθίστανται, πρὸς δὲ ἡμᾶς δυσμενῶς ἔχουσιν, ὥσπερ τι μεθόριον ἡμῶν τε καὶ τῶν πολεμίων γινόμενον· καὶ ἀμφότερά εἰσι καὶ οὐδέτερον· οὔτε τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογοῦσι, καὶ αἱρετικοὶ ὀνομάζεσθαι ἀπαξιοῦσιν. ὢ καινοῦ πράγματος· καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς τὸ ψεῦδος ἐπίσης ἐκπεπολέμηται, οἷόν τι δένδρον ἄρριζον ὧδε καὶ ὧδε πρὸς τὰς ἐναντίας ὁρμὰς εὐκόλως μετακλινόμενοι. ἤκουσα τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου ἐν ἀποκρύφοις πρὸς τοὺς τοιούτους δι' αἰνίγματος λέγοντος. ὡς δέον ἀκριβῶς ζέειν μὲν πάντως τῷ πνεύματι, κατεψύχθαι δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ· ὤφελον γὰρ ἦσθα φησὶ ψυχρὸς, ἢ ζεστός. τὸ δὲ μηδέτερον τούτων, ἀμφοτέρων δὲ ἐφαπτόμενον ναυτιῶδές ἐστι, καὶ πρὸς ἔμετον ἐπιτήδειον. τί οὖν τὸ αἴτιον; πάλαι μὲν ἐπὶ τῶν μαθητῶν διὰ τοῦ κυρίου πολὺ πλῆθος τῇ ἐκκλησίᾳ προσάγεσθαι, νυνὶ δὲ τοὺς μακροὺς καὶ περικαλλεῖς τῶν διδασκάλων λόγους παρατρέχειν ἀπράκτους; ἐρεῖ τις ἴσως, ὅτι τότε συνήργει τοῖς ἀποστόλοις τὰ ἐκ τῶν ἔργων θα + καὶ τὸ ἀξιόπιστον ὁ λόγος διὰ τῶν χαρισμάτων εἶχε. φημὶ κἀγὼ μεγάλην εἶναι πρὸς τὸ πείθειν ῥο + ἐκ τῶν ἔργων ἰσχύν· νυνὶ δὲ τί χρὴ τὰ γινόμενα ἡγεῖσθαι; καὶ οὐχ ὁρᾷς τὰ ὅμοια τῆς πι + θαύματα; οἰκειοῦμαι γὰρ τῶν

ὁμοδού-

vendicant nobilitatem & à noſtra cognatione alienantur: hoſtibus noſtris ſe opponunt, & hoſtili animo in nos affecti ſunt: tanquam confinium inter nos & hoſtes facti, & vtraque ſunt & neutrum: neque rectum ſermonem confitentur, & hæretici appellari recuſant. O rem inauditam & veritati ſimul & mendacio pariter bellum indixerunt; tanquam arbor quæpiam radicibus carens huc & illuc leui momento contrariis impulſibus inclinati. Ioannem Euangeliſtam audiui huiuſmodi homines ænigmatica oratione in apocryphis alloquentem: cum oporteret exactè feruere quidem omnino ſpiritu, frigere autem peccato: Vtinam enim eſſes, inquit, frigidus, aut calidus; quod verò neutrum eſt horum, ſed vtrumque attingit, nauſeam excitat, & ad vomitum eſt idoneum. Quid igitur cauſſæ eſt, cur olim quidem temporibus diſcipulorum ad Eccleſiam plurima multitudo à Domino aggregaretur, iam verò longæ & ornatæ doctorum conciones ſine vllo effectu præteruolent? Fortaſſe dicet quiſpiam, quòd tum Apoſtolos miracula ex operibus adiuuarent, & illa diuina dona orationi fidem conciliarent. Ego verò magnum afferre ad perſuaſionem momentum vim operũ non diffiteor: verùm quid quæſo de iis, quæ nunc gerũtur, arbitrandum eſt? nonne paria fidei vides miracula?

f. in arcanis

conſer-

ὁμοδούλων ἡμῶν τὰ κατορθώματα τῷ αὐτῷ πνεύ-
ματι στοιχοῦντες ἐν τῇ δυνάμει τῶν ἰάσεων. μαρτυροῦ-
σι τῇ ἀληθείᾳ τοῦ λόγου ἄνδρες ἐξ ὑπερορίας ἥ-
κοντες, πολῖται τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ ἐξ Μεσο-
ποταμίας ὡρμημένοι, ἐξελθόντες καὶ οὗτοι ἐκ τῆς γῆς
καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτῶν καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, πρὸς
οὐρανὸν βλέποντες, ἐκμιμοῦντες τρόπον τινὰ τῆς ἀν-
θρωπίνης, ἄνω τῶν τῆς φύσεως παθημάτων ἱστάμε-
νοι, τοσοῦτον ἐφαπτόμενοι τῆς ζωῆς ταύτης ὅσον ἐπά-
ναγκες, τῷ δὲ πλείονι μέρει ταῖς ἀσωμάτοις συμμε-
τεωροπορῶσι δυνάμεσι, γηραιοὶ τὸ εἶδος, σεμνοὶ πρὸς
ἰδέαν, πολιᾷ στίλβοντες, σιωπῇ κατησφαλισμένοι
τὰ στόματα, λογομαχεῖν οὐκ εἰδότες, συζητεῖν οὐ μα-
θόντες· τοσαύτην ἔχουσι κατὰ τῶν πνευμάτων τὴν ἐξου-
σίαν ὡς πράγματι μόνῳ τὸ δοκοῦν κατεργάζεσθαι, καὶ
ὑποχωρεῖν τὰ δαιμόνια, οὐ συλλογισμῶν τέχναις,
ἀλλ' ἐξουσίᾳ τῆς πίστεως, οὐκ εἰς ἀπορίαν ἀντιφά-
σεως περιαγόμενα, ἀλλ' εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον
ἀπελαυνόμενα· οὕτως οἶδεν ὁ χριστιανὸς συλλογίζε-
σθαι. ταῦτα τῆς πίστεως ἡμῶν τὰ κατορθώματα. διὰ
τί οὖν οὐ πείθομεν, εἰ πλεονάζει τῶν ἰαμάτων ἡ χά-
ρις, εἰ περιοδεύει ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου, πάντα δὲ
ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑ-
κάστῳ καθὼς βούλεται; διὰ τί οὐ γίνεται ἡ τῶν σω-
ζομένων προσθήκη; καὶ μηδεὶς ὑπονοείτω μικρὰν
τὴν

conſeruorum enim noſtrorum præclara facinora noſtra reputo, qui eodem in virtute curationum Spiritu nobiſcum ducuntur. Huius orationis veritati teſtimonium dicunt viri ab exteris & longinquis regionibus aduecti, patris noſtri Abraham ciues ex Meſopotamia profecti, qui & ipſi de terra & cognatione ſua, atque adeo ex toto mundo egreßi oculis ad cœlum conuerſis & extra humanam quodammodo peregrinantes naturam extra omnem perturbationum aleam conſtituti, tantum ex hac vita delibant, quantum neceſſe eſt, potiori verò ſui parte cum incorporeis virtutibus in excelſis verſantur, ſenili ſpecie, atque aſpectu venerando, canitie ſplendentes & obſignata ſilentio tenentes ora, qui decertare verbis neſciunt neque diſquirere aut diſceptare didicerunt, tantamq; aduerſus ſpiritum obtinent poteſtatem, vt ſolo iuſſu, quod viſum fuerit perficiant, & dæmonia abſcedant non ſyllogiſmorum artificio, ſed fidei potentia, non in eas redacti anguſtias, vt nihil contradicant, ſed in tenebras exteriores abacti. Sic nouit ſyllogiſmos texere Chriſtianus: ea ſunt fidei noſtræ præclara facinora, cur ergo non credimus: ſi abundat gratia ſanitatum, ſi exuberat doctrina verbi. hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult, cur non ſit eorum qui ſaluentur acceßio? Neque verò in mentem veniat cuiquam exiguam præſentem gratiam exiſti-

τὴν παροῦσαν ἡγεῖσθαι χάριν. ὁρῶ κομῶσαν τὴν ἄμπελον, εὐθηνουμένην τοῖς κλήμασι καὶ τῷ καρπῷ πλεονάζουσαν· ὁρῶ κυμαινομένην τῷ πλήθει τῶν ἀσταχύων τὴν ἄρουραν, βαθὺ τὸ λήιον, ἁδρὸν τὸ δράγμα, πολὺς ὁ σπόρος. ἀλλὰ τί πάθω; ἀπλήρωτον ἔχων ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν φύσιν, τῷ πάθει τῶν φιλοπλούτων κατέχομαι. οὐδεὶς περιουσίας ὅρος τὴν ἐπιθυμίαν ἵστησι. τὸ ἀεὶ προσγινόμενον πρὸς τὸ πλέον ἐρεθίζει τὴν ὄρεξιν, ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας γινόμενον. εὐφραίνει μὲν τὰ ὁρώμενα. τοῖς παροῦσιν ἀγάλλομαι, καὶ τοῖς ἀποῦσιν ἀλγύνομαι· καινόν τι πάθος ἐκ τῶν ἐναντίων σύμμικτον τὴν ψυχὴν περιέχει ἡδονῆς πρὸς λύπην συγκεκραμμένης. ἐὰν πρὸς ἡμᾶς ἀναβλέψω, ὑμῖν ἐπαναπαύω τὸν πόθον· ἐὰν τὸ λεῖπον λογίσωμαι, οὐκ ἔχω ὅπως στενάξω τὴν συμφοράν. καὶ γὰρ ἀφέντες οἱ ἄνθρωποι τὸ κατατρυφᾶν τοῦ κυρίου καὶ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας εὐφραίνεσθαι, οὐσίας τινὰς τεχνολογοῦσι καὶ μεγέθη καταμετροῦσιν υἱὸν πατρὶ παραμετροῦντες, καὶ περισσότερον τοῦ μέτρου τῷ πατρὶ χαριζόμενοι. τίς εἴποι αὐτοῖς; τὸ ἄποσον οὐ μετρεῖται· τὸ ἀειδὲς οὐ δοκιμάζεται· τὸ ἀσώματον οὐ σταθμίζεται· τὸ ἀόριστον οὐ συγκρίνεται· τὸ μὴ συγκρινόμενον τοῦ πλείονος καὶ ἐλάττονος οὐκ ἐπιδέχεται λόγον. ἐκ γὰρ τῆς τῶν πραγμάτων πρὸς ἄλληλα παραθέσεως τὸ πλέον

ἐπιγι-

mare. video comantem vitem, pampinis & ſarmentis ſylueſcentem, ac racemis exuberantem, agrum ſpicis luxuriantem, denſam ſegetem, amplum manipulum, multam ſementem. quid ergo eſt quod me malè habet? Inexplebili quadam in eiuſmodi rebus natura præditus, eodem cum auaris morbo laboro: nullus copiæ & redundantiæ terminus cupiditatem cohibet: id quod in dies accedit, ad plura prouocat appetitum, & in fomitem deſiderij maiorum opum conuertitur. Me quidem oblectant ea, quæ verſantur ob oculos: præſentibus lætor, & abſentibus torqueor: nouum perturbationis genus ex contrariis commixtum animum meum occupauit, tanquam voluptate cum triſtitia contemperata. Atque in vos quidem ſi conuertam oculos, in vobis deſiderium noſtrum acquieſcit: ſi verò quod deeſt in memoriam redeat, non habeo quo pacto calamitatem deplorem. Homines enim omittentes in Domino gaudere, & ex Eccleſiæ pace animo capere voluptatem, de ſubſtantiis neſcio quibus argutantur, & magnitudines dimetiuntur, filium ex comparatione cū patre metiuntur & quod excedit menſuram, patri largiuntur. Quis hoc dixerit illis? Quod quantum non eſt non menſuratur, quod ſpeciem non habet, non conſideratur: quod incorporeum eſt, non ponderatur: quod infinitum eſt, non comparatur: quod non comparatur; pluris aut minoris rationem non admittit: ſiquidem ex rerum inter ipſas comparatione exceſſum colligimus. Eius autem cuius finis comprehendi non poteſt, ex-

ἐπιγινώσκομεν. οὐδὲ τὸ τέλος ἄληπτον, τούτου τὸ πλέον ἀνεπινόητον. ἤκουσα τοῦ ὑποψάλματος, ὃ κοινῇ πάντες ὑμνολογοῦντες ἐπήειμεν, μέγας κύριος καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. τί οὖν τοῦτο ἐστίν; ἀρίθμησον τὰ εἰρημένα, καὶ νοεῖς τὸ μυστήριον. μέγας κύριος, οὐκ εἶπε πόσον μέγεθος, οὐδὲ γὰρ ἦν δυνατὸν εἰπεῖν τὸ πόσον, ἀλλὰ τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας ἐπὶ τὸ ἄπειρον ὁδηγεῖ τὴν διάνοιαν. ὁμοίως, μεγάλη, φησὶν, ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. ἰσχὺν δὲ ἀκούσας τὴν δύναμιν νόησον. Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία· ἀλλὰ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ἑρμηνεύει τὴν σύνεσιν Ἡσαΐας σαφῶς λέγων· πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως. ἤκουσα ἐν τοῖς μακαρισμοῖς μακαριζομένους τοὺς διψῶντας τὸν κύριον. τάχα οὖν οὐκ ἔξω τοῦ καιροῦ τὸ ἐνθύμιον· καί μου δέξασθε τὸν λόγον κἂν ἀπηρτῆσθαι τῶν παρόντων δοκεῖ. εἴ τις διὰ μεσημβρίας ὁδεύων ὑπὸ ἡλίου θερμοτέραις ταῖς ἀκτῖσι τῆς κεφαλῆς ὑπερζέοντος, καὶ πᾶν τὸ ἐν τῷ σώματι ὑγρὸν τῇ φλογὶ καταφρύσσοντος. προσκείσθω δὲ τῷ ὑποδήματι γῆ τραχεῖα καὶ δυσπόρευτος καὶ διψώδης. εἶτα ἐπιτύχοι πηγῆς ὁ τοιοῦτος, ἧς καλὸν καὶ διαφανὲς τὸ νᾶμα, καὶ προσηνῶς κατάψυχον, καὶ ἀφθόνως ὑπερχεόμενον. ἆρα προκαθεδεῖται τῷ ὕδατι καὶ φιλοσοφήσει περὶ τῆς φύσεως, ὅθεν, καὶ ὅπως, καὶ διὰ τίνος, καὶ τὰ τοιαῦτα

διεξε-

ceſſum, mente contingere nemo poteſt. Memini ego illius pſalmi, quem ſuccinentes ac ſimul hymnos perſonantes ingrediebamur, Magnus Dominus & magna virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus. Quid hoc ergo eſt? Enumera quæ dicta ſunt & myſterium intelligis. Magnus Dominus, nõ dixit quanta ſit magnitudo: neque enim fieri poterat vt diceret quantus eſſet, ſed hoc ipſo quod ita eã deſignat, vt non circumſcribat aut terminet, ſenſim eo mentem prouehit, vt immenſam eſſe cognoſcat. Pari modo, magna, inquit, virtus eius, virtutem verò cum audis, potentiam intellige. Chriſtus autem Dei potentia eſt & Dei ſapientia, ſed & ſapientiæ eius non eſt finis. Sapientiam Eſaias interpretatur apertè dicens, ſpiritus ſapientiæ & prudentiæ. Audiui inter beatitudines eos beatos prædicari, qui ſitiunt Dominum. Attendite ergo atque accipite non alienum fortaſſe à tempore id quod menti meæ nunc obuerſatur, tametſi ab eo in quo verſamur, videtur quodammodo dependere. Si quis ſub meridiem ſole radiis ardentioribus capiti imminente, omnemq; corporis humorem ſua flamma torrente, iter habeat: ſubiecta ſit eius calceis tellus aſpera, via difficilis & admodum arida; deinde occurrat eiuſmodi homini fons aliquis, cuius limpida ſint ac pellucida fluenta, & affatim refrigerantia, copioſeque profluentia: nunquid ante aquam conſidebit, déque eius natura philoſophabitur, vnde, & quo modo, quaque ex cauſſa, cæteráque eiuſmodi per-

διεξετάζων, οἷα δὴ τοῖς ματαιολογοῦσι σύνηθες λέγειν. ὅτι ἰκμάς τις ἐγκατεσπασμένη τῷ βάθει τῆς γῆς καὶ διαπηδῶσα, καὶ συνθλιβομένη, ὕδωρ γίνεται, ἢ ὅτι φλέβες ἐκκεχυμέναι ταῖς κάτω κοιλότησιν, εἴπερ ἀναστομοτῶσι, τὸ ὕδωρ προχέουσιν; ἢ πάντα τὰ τοιαῦτα χαίρειν ἐάσας, ἐπικύπτει τῷ νάματι, καὶ προσθεὶς τὰ χείλη θεραπεύει τὴν δίψαν καὶ ἀναψύχει τὴν γλῶσσαν, καὶ καταπαύει τὸν πόθον, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ δεδομένῳ τὴν χάριν; μίμησαι τοίνυν καὶ σὺ τὸν διψῶντα. εἰπὲ καὶ εἴρηται καθὼς εἴρηται. μακάριοι οἱ διψῶντες· καὶ καταμαθὼν οἷα καὶ ὅσα ἀγαθὰ πηγάζει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ποίησον τοῦτο τοῦ προφήτου, τὸ στόμα σου ἄνοιξον καὶ ἕλκυσον πνεῦμα· πλάτυνον τὸ στόμα καὶ πλήρωσον, ἔχων τὴν ἐξουσίαν τῶν χαρισμάτων. βούλει μαθεῖν ὅσα προχεῖται τῆς τοῦ πνεύματος πηγῆς ἀγαθά; ἀφθαρσία ψυχῆς, ἀϊδιότης ζωῆς, οὐρανῶν βασιλεία, εὐφροσύνη ἄληκτος, χαρὰ τέλος οὐκ ἔχουσα. ἀλλὰ γὰρ εἰς τὰ παρόντα βλέπων ὀλίγην ποιοῦμαι τὴν ζημίαν τοῦ λείποντος. πεπλήρωταί μοι τῶν ἀγαθῶν ὁ οἶκος. πλήρεις οἱ θησαυροὶ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας· ἥξουσι δὲ τάχα μεθ' ὀλίγον καὶ πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου, καὶ προφθάσωσι χεῖρα αὐτῶν θεῷ καὶ βασιλεῖαι τῆς γῆς μεθ' ἡμῶν τὸν ἐπινίκιον ἄσωσιν ὕμνον τῷ πάντας εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καλοῦντι· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

quirens, quæ ab illis tractari ſolent, qui in eiuſmodi, nugis occupantur; vaporem ſcilicet quendam in profundis terræ partibus diſperſum & proſilientem, atq; compreſſum, aquam fieri, aut venas, quæ in concauitatibus terræ diffuſæ ſunt, ſi eis ora laxentur aquam profundere, an verò cunctis eiuſmodi valedicens, incumbit fluento & admotis labris ſitim ſedat, linguam refrigerat, cupiditatem exatiat, & gratias agit ei, qui tale donum largitus eſt? Imitare igitur tu quoq; ſitientem: dic eſſe dictum; ſicut & dictum eſt à Domino, Beati qui ſitiunt, & cum didiceris, qualia quantaque bona è Spiritu ſancto velut ex fonte manent, fac quod iubet Propheta, Aperi os tuum, & attrahe ſpiritum: dilata os tuum, & imple, cùm donorum habeas poteſtatem, viſne intelligere quanta ex Spiritus ſancti fonte bona profluant? Immortalitas animæ, æternitas vitæ, regnum cœlorum lætitia ſempiterna, gaudium nullo fine concluſum. Verumenimuero dum præſentia contemplor, exiguam eius quod deeſt duco iacturam. Referta mihi bonis eſt domus: pleni ſunt auro Arabiæ theſauri: quamprimum autem venient ex Ægypto legati & præuenient manus ipſorum Deo, ac regna terræ triumphalem nobiſcum hymnum concinent ei, qui omnes ad ſuum regnum inuitat. cui gloria & poteſtas in ſecula. Amen.

Eiuſdem contra Manichæos ſermo, decem conſtans ſyllogiſmis, quo probatur, malum corruptibile eſſe & creatum & non ſubſiſtens, eiusque patrem diabolum increatum non eſſe.

SI quid ſit malũ, puniendum eſt, nihil autem quod punitur incorruptibile eſt. nihil igitur malum eſt incorruptibile.

Nihil corruptibile eſt increatum: malum autem eſt corruptibile: Ergo malum non eſt increatum.

Nihil ſecundũ ſubſtantiam malum eſt: quòd malitia ſit qualitas. nulla porro qualitas eſt ſubſtantia: malum igitur non eſt ſubſtantia.

Omnia contraria à ſe inuicem corrumpũtur, quæ autẽ increata ſunt, non ſunt corruptibilia; Ergo contraria non ſunt incorruptibilia.

Nihil increatum mutabile eſt: bonum aũt à malo ſuperatũ mutatur: bonum igitur non eſt increatum.

Quod increatum eſt non eſt eiuſmodi, vt interitũ appetat, aut interitũ afferre poßit: atqui malum interitum appetit: malum ergo non eſt increatum.

Suppliciis plecti non alios tantum malos, ſed & ipſum diabolum Scriptura ſacra teſtantur: quicquid autem ſupplicio plectitur eſt mutabile, nihil porro mutabile increatum eſt; nihil igitur ex malis increatum eſt.

Nihil commune eſt iis, quæ penitus ſunt contraria. Itaq; neceſſarium omnino eſt vt cum bonum exiſtat, id quod malum eſt non exiſtat.

Πᾶς ὁ εὐλόγως ὀρεγόμενός τινος ἐπιτελουμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν ἢ εὐλόγως ὀρέγεται, τῶν φθαρτῶν ἄρα ἐστὶν ἡ κακία· τῶν φθαρτῶν οὖσα ἀφανισθήσεται· ἀφανιζομένη δὲ οὐκ ἔστιν ἀγένητος.

Εἰ ἀγένητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι. οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει. τὸ μὴ ἁμαρτάνον οὐχ ὑπαίτιον. ὑπαίτιος δὲ ὁ σατανᾶς. οὐκ ἄρα ἀγένητον.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ
ΚΑΤΑ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ.

ΩΣτε κίνδυνός ἐστιν ἡμῖν οὐδεὶς εἰς τετράδα τὸν τῆς τριάδος λόγον πλατύνεσθαι, καθὼς ὁ Ἀπολλινάριος λέγει. οὐδὲ τοὺς ἀγγέλους τῷ ἀνθρώπῳ δουλαγωγοῦμεν, ὡς ὁ ἐκείνου μῦθος καθ' ἡμῶν λέγει. οὐ γὰρ ἀνθρώπῳ δουλεύουσιν οἱ τῷ δεσπότῃ ἑαυτῶν ὑποκύπτοντες· οὐδὲ ἐπαισχύνονται προσκυνοῦντες τῷ διὰ σαρκὸς τῇ οἰκουμένῃ ἐπιδημήσαντι. μία δὲ εἴσοδος ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ἡ διὰ τοῦ τόκου ἐστὶ, καὶ οὐκ ἔστιν ἑτέρως ἐντὸς τοῦ βίου γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον μὴ ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ χρησάμενον. οὐκοῦν τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ γένεσιν εἴσοδον εἰς τὴν οἰκουμένην ὀνομάζει ὁ λόγος. εἰ οὖν εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην πάντες προσκυνοῦσιν οἱ ἄγγελοι, ἡ δὲ εἴσοδος

ἡ διὰ

Quicunq; cum ratione appetit, appetitum ſuum expleri ac perfici videt, quatenus cum ratione appetit: cum autem corruptibilium appetitu teneatur malitia, delebitur. ſi autem deleatur, non eſt increata.

Increatum ſi ſit malum ſecundum naturam, eo ipſo exiſtit quòd malum eſt. atqui nemo ſecundum naturam agens peccat: quod ergo increatum eſt, non peccat. Quod non peccat, non eſt obnoxium ſupplicio. Satanas autem eſt ſupplicio obnoxius: Non ergo res eſt increata.

GREGORII NYSSÆ EPISCOPI CONTRA APOLLINAREM.

ITaque nullum nobis eſt periculum, ne in quaternarium numerum Trinitatis myſterium extẽdamus, prout inquit Apollinaris; neque angelos homini in ſeruitutem redigimus, vt ea, quã aduerſus nos commentus eſt, narrat fabula. non enim homini ſeruiũnt qui Domino ſuo caput inclinant: neque eum adorare erubeſcunt, qui carne ſuſcepta in hunc mundum peregrinaturus aduenit. Vnus autem ingreſſus in mundum eſt ille, quo per partum intrauit: neque aliter fieri poteſt, vt quis in hac vita verſetur, niſi hac ingreſsione ſit vſus. Ergo natiuitatẽ eius per carnem ingreſſum in mundum ſermo nuncupat. Si igitur ipſo in

ἡ διὰ σαρκὸς ἐστὶ γένεσις· οὐχ ἡμεῖς δουλαγωγοῦμεν τῷ δεσπότῃ τὸ ἴδιον κτῆμα, ἀλλ' αὐτὴ τῶν ἀγγέλων ἡ φύσις τὴν ὑπερκειμένην αὐτῷ δεσποτείαν οὐκ ἀγνοεῖ. ὥστε σιγάτω προσθεὶς ἐκεῖνα τῷ λόγῳ τὰ μάταια, τὰ ἄνω ποιοῦμεν κάτω, θεοφόρους ἀγγέλους θεοφόρῳ ἀνθρώπῳ καταδουλοῦντες.

Διὰ τοῦτο ἡ τῆς δόξης ἀπαύγασμα καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως. ὥσπερ γὰρ συγγενῶς ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον ἀκτὶς καὶ πρὸς τὸν λύχνον τὸ ἀπαυγαζόμενον φῶς καὶ ὁ τοῦ ἀνθρώπου χαρακτὴρ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπόστασιν δείκνυσιν, οὕτω καὶ τὸ παρὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς ἀπαυγασθὲν φῶς. οἷα γὰρ ἡ δόξα τοιοῦτον δηλονότι καὶ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ οἷος ὁ χαρακτὴρ τοιαύτη πάντως καὶ ἡ ὑπόστασις. Ἀπολινάριος τὸν ἄνθρωπον αὐτῆς λέγων τῆς τοῦ θεοῦ δόξης ἀπαύγασμα, καὶ ἐν τῷ σαρκίνῳ θεῷ, ὃν διὰ τῆς ματαιότητος τῶν λογισμῶν εἰδωλοποιήσας ἀνέπλασε, τὴν τοῦ θεοῦ ὑπόστασιν χαρακτηρίζεσθαι, αὐτῆς τῆς κατὰ τοῦ πατρὸς ἅπτεται βλασφημίας. πάντως γὰρ εἴπερ τὸ ἡμῖν φανὲν παρὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς ἀπηυγάσθη, καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ τῆς ὑποστάσεως σάρξ ἐστι, σαρκώδης ἐκ τοῦ ἀκολούθως καὶ ἡ τοῦ πατρὸς φύσις κατασκευάζεται. οὐ γὰρ ἂν εἴποι χαρακτηρίζεσθαι μὲν σώματι τὸ ἀόρατον ἀπαυγάζεσθαι. ἀλλ' εἰ τοῦτο σῶμα, μηδὲ ἐκεῖνο πάντως ἀσώματον οἴεσθαι.

in mundum ingreſſo omnes eum angeli adorant: ingreſſus autem natiuitas eſt ipſa per carnem; non nos ſuam poſſeſsionem Domino ſubiugamus, ſed ipſa angelorum natura ſuperiorẽ ſibi dominatum non ignorat. Quamobrem ſileat ille qui futilia iſta rurſus verbis ſuis accumulat, & blaterat, nos ea, quæ ſurſum ſunt, deorſum vertere: dum deiferos angelos homini deifero mancipamus.

Idcirco autem ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ appellatur. Vt enim radius cognationem habet cum ſole & cum lucerna lumen, quod ex ea reſplendet, & hominis figura ſubſtantia refert humanam: Ita planè lumen quod à gloria patris reſplenduit. qualis enim eſt gloria, talis nimirum & ſplendor, & qualis figura, talis vtique & ſubſtantia. Apollinaris dum hominem aſſerit diuinæ gloriæ ſplendorem eſſe, & in carnali Deo, quem inanibus ſuis commentis tanquam ſimulachrum à ſe effictum obtruſit, Dei ſubſtantiam repræſentari, patrem ipſum blaſphemiis appetit. Si enim quod apparuit nobis à patris gloria reſplenduit, eſtq; figura ſubſtantiæ illius caro, efficitur profectò, vt ex conſequenti carnalis quoque ſit patris natura. Nam quod inuiſibile eſt, à corpore exprimi nequaquam poteſt; verùm ſi corpus eſt hoc, ne illud quidem vllò pacto incorporeum exiſtimandum eſt.

D. GRE-

D. GREGORII NYSSENI EPISTOLA SEV LIBER CONTRA FATVM.

MEMINISTI *haud dubiè accidiſſe mihi quippiam, quãdo nuper apud vos magnus ille mons, vt Euangelico verbo vtar, perfidiæ tandem ad fidem amplectendam traductus eſt: cùm videlicet ſapieniſsimus Euſebius dignum canis conſilium in ſenectute ſuſcepit, ſi tamẽ id hominis fuiſſe conſilium cenſendum eſt, ac non diuinum quoddam auxilium eius, qui humanũ genus noſtræ vtilitatis cauſa gubernat. Cùm ergo magnitudine rei tum obſtupuiſſem, quî tantus ille vir, magna prius imbutus perfidia, excellentia fidei modum perfidiæ ſuperaſſet; atq; in progreſſu colloquij noſtri de fato incidiſſet ſermo: præcepiſti mihi, venerabile & ſacrum caput, vt diſputationem de hoc argumento in magna Conſtantini vrbe cum quodam philoſopho habitam tibi per literas explicarem. Quod paulum otij nactus, paucis, oratione quantum fieri poteſt contracta, ſimplici minimeq; elaborata narratione faciam, idq; vel maximè cauebo, ne epiſtolæ modum excedat atque ad hiſtoriæ longitudinem protendatur. Verba feci nonnulla de noſtra religione viro cuidam externæ philoſophiæ, vt ex dictis eius coniicere licebat, haud indocto, eiq; perſuadere conabar, vt à græca ſuperſtitione in noſtram concederet ſententiam. Multis enim confirmabat non in noſtra poteſtate eſſe ſententiarum*

animi

animi delectum, ſed pendere hominum vitam ex neceſſitate quadam, ſine qua nihil fieri poſſet eorum quæ fierent in nobis. Atque in hunc modum orationem meam eludebat; ſi quidem ipſi fatale eſſet fieri Chriſtianum, futurum ſe omnino vel nolentibus nobis: ſin fati neceſſitate prohiberetur, fato ſe vim adhibere nulla ratione poſſe. Hæc ille cùm diceret, id eum agere, vti veriſimile erat, arbitratus ſum, vt græcæ ſuperſtitioni penitus addictus, nihil de Chriſtiana fide admitteret, atq; ita curſum noſtræ orationis impediret. Eadem enim ſemper inculcare non deſtitit, omnia fatali ſubiecta eſſe neceſſitati, dominæ rerum, cuius nutui obedirent vniuerſa, vitæ modus ac finis, diſſimilitudo rerum, diuerſa genera viuendi, corporum conſtitutio, inæqualitates honorum; vt imperio quiſque potitus in poteſtate habeat omnia, quæ ei ſint fatalia; aut ſeruiat eandem ob cauſam; diues item ſit aut pauper; valeat corpore vel ægrotet: breuisq; & longæ vitæ eandem eſſe cauſam. Nam ſiue quis exiguo tempore viueret, ſiue vitam longius produceret, non ex impetu aut affectione quadam propria, ſed ex illa neceſſitate eam ætatis diuerſitatem exiſtere. Tam voluntariam quàm coactam mortem ab eadem neceſſitate ſortitò decerni. Varia genera violentæ necis propter incertos caſus ſiue ſuffocationem, ſiue ſententiam iudicum, ſiue inſidias imminentes: clades præterea his magis communes & vniuerſales, terræmotus, naufragia, inundationes aquarum, incendia, & omnia id genus alia mala ex illa cauſa pendere dicebat, addebatq; vitæ etiam inſtitutæ

nequa-

nequaquam eſſe in capientis arbitrio, ſed omnes potenti fato ſeruire, ſiue in philoſophiam, ſiue in eloquentiam incumbant, ſiue agros colant, ſiue nauticam faciant, ſiue coniugalem, ſiue cælibem vitam inſtituant. Et virtutis & vitij eandem eſſe cauſam, vt pro immutabili illa ſortitione alius viuendi genus colat ſublimius, inops, liberum; alius ſepulchra violet, aut piraticam exerceat, aut prodigè viuat, aut meretricum conſuetudine effæminetur. Quibus omnibus percenſitis firmam ſe putabat non admittendæ noſtræ orationis reddidiſſe rationem, cùm non eſſet in manu noſtra, quod liberet, pro arbitratu ſuſcipere, ſed illa foret expectanda neceßitas: quæ ſi quem in eam mentem tanquam ſigno dato impuliſſet, orationi neceſſe eſſe vt vel nolens aſſentiatur: quod ſine illa, quamuis magnopere vellet, fieri nō poſſet. Poſtquam hæc ille & eius generis alia diſſeruiſſet, ſciſcitatus ex eo ſum, Deúmne quempiam eſſe putaret, fati nomine appellatum, qui omnium rerum potiretur, & cuius voluntate vniuerſa crederet adminiſtrari. At ille me ob eam interrogationem ignorantiæ nomine non leuiter accuſabat. non videris, inquit, mihi quicquam cœleſtium rerum percepiſſe. alioquin enim cognouiſſes profectò vim fati, vnde ſcilicet & quomodo deprehenſa ſit vis rerum immutabili quadam ſerie nexuq́ue euenientium. Ego ſermonis nouitate obſtupefactus, cùm rogaſſem vt me paulò clarius edoceret, vtrum fatum quod animo fingeret, vim quandam voluntariam, liberam, ſui iuris, ſummæq́ue potentiæ; an verò aliud quippiam ab illa diuerſum

eſſe

eſſe ſtatueret: eadem repetita oratione, Qui, inquit, contemplatus eſt cæleſtium corporum motum, Zodiacum circulum, eiusq́ duodecim, quæ in eo conſpiciuntur ſegmenta æquabiliter inter ſe diſsita; nec non ſingulorum aſtrorum facultatem ac vires quas per ſe quodq́ in ortu ſuo habet: quid eorum efficiat congreſſus propriis ſingulorum virtutibus inter ſe temperatis, ſiue ea commiſceantur, vt cùm aſtrum alterum appropinquat alteri; ſiue ſecernãtur, vt cùm alterum ab altero recedit: quid item inferioris receſſus, quid ſuperioris in tranſitu defectio, quid eiuſdem reſtitutio: quid varia congredientium & digredientium forma ſiue trianguli, ſiue ſcaleni, aut ſi quam aliam geometricam figuram referunt: qui hæc, inquit, & huiuſcemodi alia perſpexit, ſciet fati nomine id ſignificari, quod ſerie quadam immutabili pro certa ſtellarum coniunctione neceſſariò efficitur. Cùm id quoque mihi inauditum & nouum accidiſſet, (non enim quicquam eorum quæ diceret, intelligebam, quippe ea diſciplina non eruditus) rogaui vt eo modo mihi vim verbi declararet, quo fati notionem aſſequi poſſem. Nam cæleſtes circulos alium in alio eſſe, & motu contrario conuerſioni firmamenti ſeu aplanes interius cieri; eosq́ omnes in Zodiaco circumuolui: hæc, inquam, etiam ab aliis audiui, ac proinde luminarium ſplendorem pro conuerſione cuique cœlo propria tùm accedere tum recedere, atque inferiore aſtro ſubeunte tolli è conſpectu noſtro ſuperius, ſi quidem inferiori directè opponatur: & quæcunque hinc aptè colligerentur, ſiue formam aliquam

efficerent, vt cùm circulus ſpatium quod in ſe continet, ita motu ſuo ambit, vt ſidus in tranſitu aut rectà obiiciatur ſuperiori, aut declinet: ſiue breui temporis interuallo, ſiue longiori cuiusq́; circuitus abſolueretur; quandoquidem pro ſingulorum magnitudine neceſſariò vel celerior vel tardior eſſet conuerſio. His omnibus ſilentio præteritis orabam, vt tantùm fati vim perſpicuè mihi explicaret, Deúſne aliquis fati nomine intelligeretur, huius vniuerſi imperator, ſumma poteſtate præditus, quiq́; omnia haberet in manu ſua, & pro arbitratu gubernaret: an verò fati virtutem alterius alicuius ſuperioris virtutis miniſtram ſtatueret, vt & ipſa quodam modo alteri fato ſubiecta ſit, præcellentioris cauſæ in adminiſtratione ſocia. Nam ſi eam in res omnes imperium obtinere credendum eſſet, ratione nos induci, vt nihil illam ſupereminere cenſeamus. Sin eam aſtrorum motum ſequi, ac ita demum violenta quadam neceſsitate in res omnes dominari aſſeueraret, ſatius fuiſſe præcedenti quā ſequenti omnipotentem illam vim attribuere, ac vel ſidera rerum iſtarum cauſas eſſe dicere, vel conuerſionem Firmamenti vel circulos, qui in ea concipiuntur, vel certè circulum qui cœlo obliquè inſcribitur. Si quis enim concederet aſtra neque per ſe moueri, neq; perpetua conuerſione inter ſe aut coniungi aut diſiungi, ſed eandem ſemper referre figuram: fatum non exiſteret. Quare ſi ex ſiderum motione fatum oritur, fruſtra profectò id dominari in cetera putatur, quod ſuperiori cauſæ ſeruit, neq; omnino eſſet niſi motus eſſet. At non eò, inquit philoſophus,

phus, noſtra ſpectat oratio, quaſi ipſum fatum per ſe eſſet aliqua natura; ſed cùm ſit quædam rerum mutua conuenientia & coniunctio, atque vniuerſum omni ex parte cohæreat, quemadmodum etiam in vno aliquo corpore quædam omnium membrorum inter ſe conſentientium cernitur concordia; cumq́; ſuperior mundi portio ſit præſtantior; idcirco inferiora ſimul cum primaria portione reguntur, ad eiusq́; velut nutum cæleſti motu ſeſe fingunt & accommodant, quandoquidem neceſſariò ac multifariam, vti dictum eſt, vi cuiusq́; ſideris vnà mouentur. Vt in medicamento ſpecierum qualitates artificioſæ quadam ratione commiſtæ, communi illo temperamento quippiam efficiunt aliud, neque tale qualis vnaquæque ante mixturam fuerat: ſic cæleſtium virtutum diuerſæ ſunt proprietates, quarum varia ex aſtrorum vel acceſſu vel receſſu profecta coniunctio varias ac diuerſas vitæ reddit actiones, tanquam influxus quidam inde ad nos ſine interruptione deriuetur. Quæ etiam cauſa eſt quamobrem ij, qui hæc diligentius inueſtigant, futura minimè falsò prædicant. Quemadmodum enim peritus medicus, ſi medicamentum calidum aut eiuſmodi quod diſſolutionem, ſtuporem, torporémue conciliet, cum aliquo alio commiſceatur, proprietatem ex illa diuerſarum rerũ mixtura oriundam prædicit: quid item efficiat, & quamdiu vim retineat; cui pernicioſum, cui ſalutare ſit: ita is etiam qui ad res cæleſtes animum ſedulò applicauit, & cuiuſq; naturam perſpexit: ſciet coniunctionis earum quæ ſit vis & efficacitas. Porrò

iſte influxus ne ad breue quidem temporis ſpatium ſibi ſimilis eſt: ſed quia congredientium ſiderum nunquam ſtabilis eſt motus, influxus quoque vnà cum illa motus diuerſitate varietur ſemper, ad eamq́ efficientiam ſuam accommodet neceſſe eſt. Cuius influxus portionem naſcens quiſque in eo temporis momento ſortitur & quaſi ſpiritu attrahit, ac talis euadit, qualem eum portionis illius proprietas & præſignificauit & effecit. Prorſus enim neceſſe eſt, vt quomodo effigies ſigno inſculpta ceræ imprimitur: ſic hominis quoque vita, in quam partem influentis ex aſtrorum motu virtutis incidit, ad illius proprietatem conformetur ac talis fiat, qualem in ſe continebat illa influxus portio, quam quiſque initio vitæ veluti ſpiritu attraxiſſet, & qua virtute ſemel velut inſignitus eſſet, cum ea neceſſariò deinceps conuenire, iis rebus tum gerendis tum ferendis, quarum principia cauſáſue ſidereus ille & fortuitus influxus contuliſſet. Quæ cùm ille diceret, Non *deſines, inquam, nugas & ineptias mihi commemorare, & confirmare indiuiduam illam portionem momentanei influxus, quo in nos, vt ais, cauſæ omnes è cœlis influant, cùm tamen neque dicas animatúmne ſit ac voluntatis arbitriiq́ particeps, nec qua ratione res animatas regat id quod neque per ſe ſubſiſtit, neque animâ, neque vllo naturæ inſtinctu præditum poſſis oſtendere, ſed omnibus conſiliis, cogitationibus, prouidentiæ, inſtitutioni, curæ, ſtudio virtutis quaſi quendam tyrannum aut dominum præficias inanimum quiddam, arbitrij expers,*

expers, inſtabile, fluxum, inſecabile, nec per ſe ſubſiſtens: ad cuius potentiam rerum & conſtitutionem & gubernationem oratione tua refers. An non vides quàm hoc auribus animiſq́; hominum ſit abſurdum? Si enim tantam vim habet fortuitus ille influxus, vt non ſequendo ſed præcedendo rerum conſtitutionem moderetur: certè præcedet naſcentem, ac non iam nati caſibus ſeruiet. Incertum enim hîc eſt quid quo ſit prius, cùm ad punctum temporis & æqualiter inter ſe ac ſimul moueantur. Nam & homo necdum in lucem editus motu quodam cietur, decrementi videlicet & incrementi naturalis, quæ quidem ſpecies motus ſunt: quo fit vt non quieſcat, ſed moueatur prius etiam quàm ſpiritum ducat. Et quoniam æqualiter ac ſimul mouentur, certò iudicare non poſſumus, vter præcedat: cùm & ille circulorum conuerſione, & hic naturæ motione feratur. Quod ſi tempore conueniunt ambo, quod in eis diſcrimen eſt, vt alterum ab altero pendere credamus? Si enim aſtra hominem progignerent, ortus rerum eſſet continuus, neque vel ad momentum temporis hominum procreatio intermitteretur. Iam verò cum inter naſcentes crebra interſint interualla; perſpicuum ſit hominum ortum non ſequi motum ſiderum. hic enim perprtuus eſt, ille interrumpitur: ac ſuo quodam peculiari nexu atque ordine tam homines quàm aſtra per ſe mouentur, cùm nulla neceſſitas inter ſe copulet ea, quæ natura diſiunxit. At ſi id veſtra ſibi vult oratio, vt in illa temporis particula ſitam eſſe credamus cauſam omnium quæ contra leges committun-

 tur:

tur: vide quot myriadas dominorum ac tyrannorum in dies ſingulos, in ſingulas item noctes per minutas illas & indiuiduas temporis ſectiones exiſtant, die ac nocte in viginti quatuor, vt dicitis, horas diuiſis; quauis hora in ſexaginta minuta, quouis minuto in ſexaginta ſecunda, quouis ſecundo, vt aſſerunt ex vobis ij qui hæc ſubtilius pertractanda ſuſceperunt, retento eodem ſexagenario numero, in ſexaginta tertia. Ex quibus in vnum collecti momentanei illi Dij ſiue tyranni, ſiue neſcio quibus aliis nominibus afficiendi, amplius vnam & viginti myriadas conficiunt. Iam ſi vna hora tot nobis myriadas ſuppeditat, viginti quatuor proportione vnius omnino multiplicatæ, infinitas fatorum myriadas proferent. At enim quoduis ex illis ineuitabili potentia præditum eſſe confirmatis: ex quo efficitur nullum eorum eſſe quod non agat. Neque enim potentiæ proprium eſſe dixeris vt non agat, quandoquidem potentia omnis in actione perſpicitur. Æqualia ſunt igitur etiam potẽtiæ effecta: quare quot ſunt ſegmenta temporis, totidem quoque homines horis ſingulis naſcantur neceſſe eſt. Porrò ſi cuiuis fato æqualis potentia aſsignanda eſt, erunt omnes ex æquo reges, longæui, potentes, fortunati, fœlices; & quicquid præterea in bonis numeratur, acquirent. Nam ſi quis eorum defectus eſt, aliquod certè imbecillius & imperfectius indicandum eſt. Neque enim æqualem potentiam tribueris tam ei qui magna, quàm qui parua beneficia confert. Exempli cauſa, alius centeſimum ſuperaddit annum, ſenex, opulentus, fœlix, omnibus in rebus ſecun-

dam expertus fortunam, nepotibus ſtipatus, pronepotum aſpectu lætus, ſanus, incolumis, honoratus, doloris expers, opibus affluens; & ſi quid aliud in hac vita pretioſum eſt, rebus omnibus beatus. Alius ſimul atque ex materno vtero prodiit, ſuffocatur. multi quippe ex meretricibus aut adulteris naſcuntur infantes, quos vtpote nothos ſuis ipſæ manibus matres obtruncant, cædeq́ flagitium ſupprimunt. Quæ fati potentia in his enitet? an iſtis æquè ac illi diuturnam vitam dare non poteſt? Si aſſeritis poſſe, omnibus in rebus ex æquo vis eius elucebit. neque enim aliud poterit, aliud non poterit, ſi reuera potentia valet: at potentia ex effectis cognoſcitur. Nulla ergo exiſtet vitæ diſsimilitudo, ſed ſummam ſibi fœlicitatem pariter omnes pollicebuntur, eò quòd ex veſtra ſententia omnes fato ſint ſubiecti, ipſumq́ fatum ſemper omnia poſsit. Si & omnia & ſemper poſſet fatum iſtud, omnia in omnibus poterit. Atqui multa & varia viuendi ſunt genera, cùm dignitate, & opibus, tum temporum corporumq́ temperatura, omnibusq́ aliis rebus, quibus beatus quiſpiam aut miſer habetur. Itaque commentitium illud veſtrum fatum non omnia poſſe, effectorum diuerſitas liquidò declarat. Etenim ſi vitam longam à potentia proficiſci exiſtimamus, breuem profectò ab impotentia promanare oportet. Ita fatum aliud infirmum, aliud potens ſtatuendum erit. Quia enim vitæ longitudo eiuſdem breuitati contraria eſt, principia vtique inter ſe contraria ſibi vendicabunt. ſiquidem nemo ad eandem cauſam retulerit & beatitudinem &

miſeriam; ſed ſi illâ per potentiam potiamur, hæc omnino propter defectum potentiæ non erit. Miſeria quippe in eo vel maximè conſiſtit, quòd beatitudinem quis conſequi non poßit. Enimuerò plures vitam degunt miſeram: fati ergo infirmitas quàm potentia eſt maior & efficacior. Vbi nunc eſt inuicta illa, & omnipotens atque ineluctabilis neceßitas, vt in ea omnium rerum humanarum poteſtatem eſſe poſitam putemus, quam maiori ex parte infirmam eſſe comprobauimus. Sed dices hoc iſtum, alium aliud velle; in vtroq; tamen id valere quod velit. Quæ verò huius voluntatum diuerſitatis eſt cauſa? Faciamus eſſe duos homines, qui nihil inter ſe differant; neuter ſiue bonum ſiue malum vltrò ſit amplexus, ſed hic paulò antè ex materno vtero prodierit, ſi caſu ſic eum natura effuderit; ille vel continuò vel paulò poſt. Non eadem ambobus vita ſorte obtingit, ſed alter fœlix aut omnino rex fortaßis, auro & purpura natus mox inuoluitur; alter pauperis alicuius aut etiam ſerui filius ne laceris quidem pannis à parentibus integitur. Quid ergo deliquit quòd paulò citius vel tardius altero ſit progenitus, idq; non ſuo conſilio ſed naturæ motu, vt idcirco vitam ſortiretur inhonoratam? Quam vos hîc defenſionem pro veſtra illa domina afferetis? Vbi iuſtitia, vbi pietas, vbi numen? num dices fatum nihil horum curare, neq; virtutis rationem habere, neque bono cuiquam prouidere? ſi non iſtis, vtique contrariis ſtudiis vacabit, quia conſtat quod à bono abhorret, id cum malo eſſe coniunctum. Neque hoc, inquies, neque illud ei curæ eſt. inanimum

animum ergo, neque voluntario iudicio, neq; boni ma-líue cognitione præditum eſſe affirmas, ſi anima, ratio-ne, & voluntate caret, neque per ſe ſubſiſtit. Et adhuc tantam ei largimini poteſtatem, vt animantes arbitrij capaces moderetur, expers vitæ participes, animatas inanimum, exors conſilij & virtutis conſortes: deni-que, entia non ens. Nam quo rerum genere continetur iſtud, cuius nomen tantopere iactatis, fatum? Animal non eſt, in Zodiaco non cernitur, Deus non habetur. qui enim Deus eſſet, qui neque virtutis, neque æquitatis du-cat rationem? Quod verò nihil ex his rebus eſt, quid tan-dem eſt? Sed videtur à vobis fatum dici quoduis temporis momentum: ſiquidem tempus ſeſe ad omnem motum ſi-ue fluminum ſiue ſtellarum extendit. Neque refert ſiue fluuij motu deſignes inſecabilia cuiuſlibet inſtantis tem-poris ſegmenta, ſiue nauis vi ventorum agitatæ, ſiue ho-minum iter facientium, ſiue aſtrorum. Vnus enim eſt omnium quæ loco mouentur terminus, vt migrent ex eo in quo ſunt, vel ex eo in quo non ſunt. Quòd ſi neq; flu-minum, neq; nauigiorum motus, neque hominum am-bulatio interualla temporis deſignantium efficiunt fa-tum: cur temporis punctis ex motione ſtellarum ortis fa-tum fieri fingitis? cur dicitis motus cæteros eſſe vel tem-pora vel indicia temporis: at verò ex motu ſiderum fa-tum exiſtere obſeruatum eſſe? Cur non ſingulis momen-tis ſinguli homines naſcuntur? repetam enim ſuperio-rem orationem. Quoniam eadem cauſa eſt vt homo ſit beatus vel miſer, & vt omnino ſit: ſi aſtra ſunt cauſæ

euentuum, qui hominis ortum ſequuntur; prorſus & ipſius etiam ortus cauſa ſunt: ſin huius cauſæ non ſunt, nec illorum vtique ſunt. At verò aſtra non eſſe cauſas ortus, vel ex eo liquet, quòd tempori continenter fluenti nequaquam continens hominum ortus reſpondeat, ſed interrumpatur; illa autem fata ex fluenti tempore ac ſempiterna ſiderum motione ſine vllo naſcuntur interuallo quod vel ſenſu vel intelligẽtia percipi queat. Quodnam igitur eſt iſtud fatum? quod vnúmne ſit generale, an plura ſectionibus temporis minutè conciſa, nondum ratione colligere potui. Moueri aſtra dicitis; nos quoque viciſſim fluminum motum proferimus: at illa ſemper; hæc itidem perpetuò: at illa in tempore; neque hæc extra tempus: at in illis motus initium inuenire non poſſumus; neque in his. Par itaque eſt illorum & horum eademq́ ratio. Nec verò contrarium motum quiſpiam his aſſignauerit, cùm aqua naturaliter ſemper è ſuperiore loco in inferiorem defluat. Quæ cùm ita ſint, aut fluminum quoque motum fata quædam edere concedite, aut neque nos eam vim aſtrorum motui concedemus. At ea vis eſt, inquit ille, Arietis, Tauri & cuiuſuis planetæ, vt ſi quis ſub aliquo ex iis naſcatur, ſiue aliquod erraticum ſidus ſolum, ſiue cum aliis in orbe circumferatur, vita illius qui in eam inciderit horam, intercedente virtutum coniunctione cum ortu conſentiat. O vaniloquentiam, inquam ego, taurum adeò ſeruilem fortè propterea dicitis, quia id animal iugo dometur; arietem contrà beneficum quòd lanam ferat; ac ſi quis ſub iſtorum altero natus aut

alius

alius viciſſim è medio ſublatus fuerit, commiſtis proprietatibus certam quandam ſortem naſcentibus obuenire. Quid ergo? dic mihi, ſponténe aut taurus ſubiugis eſt, aut aries tondetur? Damni item ac torporis aſſerendi facultas arieti ſupremum cœlum obeunti, vel Marti vel cuiuis alij ſtellæ volenti ſua vis ineſt, an inuitæ? Si quidem volentes in malis ſunt ac voluntaria nocendi vi prædita; quiſquis id fatetur, palàm infelices pronunciat, quòd meliorem ſortem in ſua poteſtate cùm teneant, deterior ipſis voluptati ſit. Sin haud ſua ſponte tales ſunt quales exiſtimantur, ſed neceſſariò tales quales factæ ſunt: aliquod ergo aliud ſuperius fatum his quoque naturarum ac virtutum proprietates deſtinauit. Quo ſit vt alia ſidera his ſuperiora quærenda ſint vnà cum motu quem ſibi vendicent, quorum certa coniunctio fatali quadam neceſſitate aut taurum ſeruilem aut arietem damnoſum, aut cancrum capite mutilum effecerit, aut ſi quid aliud de ſingulis aſtris ſophiſtæ nugantur. Ac ſi ea quæ vobis apparent, neceſſitate cuiuſdam fati ſunt eiuſmodi; certè etiam ſuperioris illius neceſſitatis inſuper alia tibi cauſa neceſſaria excogitanda erit eiuſmodi conſtitutionis, & huius alia, iterumq́ alius alia infinitè, atque ita fatum fati, ſortis ſors, neceſſitatis neceſſitas alia ſemper confingenda. His à me ita diſputatis, philoſophus quiq cum diſputabam huiuſmodi rationibus in eas anguſtias redactus, orationis longius prouectæ filum in medio incîdit, & quid, inquit, pugnas cum vi? cur non ſequeris eos, qui rerum veritatem per numeros indagauerunt, ac

tempo-

tempore ortus accuratè cognito totam deinceps naſcentis vitam prædicunt, ætatem, ingenium, mores, pericula, caſus, coniugia, procreationes liberorum, honores; aut contrà liberorum orbitatem, morbos, ignominias, vitæ breuitatem, incommoda paupertatis. Quæ cùm accuratè præſignificentur, euentusq́; ſit teſtis veritatis: quæ tibi reliqua eſt ratio, quamobrem fati neceſsitatem eſſe non credas? Tum ego *eiuſmodi prædictionum cauſas me paulò poſt allaturum pollicitus, rogaui, num huiuſcemodi euentuum cauſa fortuita eſſet neque cum certa ratione coniuncta; an verò ſimul etiam rationem aliquam inueniſſent, vt conſentaneum eſſet fieri quæ fierent.* Imò *verò, inquit, ratione nituntur quæ fiunt, quia cùm ex certo ſiderearum qualitatum concurſu certam conſtitutionem naſcentis corpus ſibi vendicet; qui accuratam cœleſtium rerum cognitionem habet, naſcentis conſtitutionem prænoſcit, nec non quamdiu viuere poſsit; diutius quidem ſi firmior ſit corporis conſtitutio; non item, ſi infirmior. His dictis arriſi, &,* Neſciebam, *inquam, fata tibi* Galeni *&* Hippocratis *ac ſimilium parentum pignora videri: quoniam illi quoq; miſſa ſiderum motione quantum facta ex propoſito corpore coniectura conſequi poterant, futura prænuntiabant: vt cùm ſunt oculi caui, tempora contracta, frons indurata & vix pelli adhæreſcens, mortem prædicunt. At multis tamen ægris ac mortem iam iam imminentem præſtolantibus ars medica huiuſce fati fila quaſi retexuit ac retractauit: quemadmodum* Plato *de* Pædotriba Herodico *ſcriptum reliquit,*

nunquam

nunquam illum quidem gymnaſtico exercitio integram ſanitatem recuperare potuiſſe, quòd morbus eſſet lethalis; ſemper tamen præſentem mortem ſolertia ſua protraxiſſe, neque perfeciſſe vt ſecurè viueret, ſed vt tardius moreretur, ac lenta morte vſque ad ſenectutem perduraret illo remedio ſapienter inuento. Quod argumento eſt non indiſſolubile eſſe fati vinculum, ſiquidem arte quadam diſſoluitur. At hoc argumentum, inquit ille, prædictiones fatales non confutat, quia fieri poteſt vt id quoque prænuntient ij, qui cœleſtem motum accuratè contemplati ſunt; atque alij certam, alij dubiam mortem prædicant. Hîc ego, non eſt, inquam, ita, id quod ex ipſa ratione neceßitatis conſtat, alia quippe eſt contingentium ratio, alia immutabilium quæ minimè conuenit in contingentia, quorum alterutrum omnino fieri necesse eſt, ita tamen vt in vtramque euentus partem opinione claudicemus: quod à neceßitatis ratione longiſſimè abeſt. Veruntamen quæſiui ex eo, quo fundamento niteretur futurorum euentuum prædictio? Quod, inquit ille, ſæpius iam ex me audiſti, de eo etiamnum percontaris? Sunt virtutes quædam ſiderum propriæ, quæ pro infinitis diuerſis coniunctionibus à perpetua motione prouenientibus infinitas easq; diuerſas producunt facultates. Qualis igitur eſt per id tempus aſtrorum conformatio, ac vis horæ, in quam cuiusq; ortus fortuitò inciderit, talem eius vitam fore neceſſe eſt, neque aliter ſe res habet. Quid, inquam, calamitates bellicæ, terræmotus, vrbium ruinæ, maximarum naufragia onerariarum,

rum, inundationes, deflagrationes, hiatus terræ, aliáque huiuſcemodi exitij genera? qui iſta cum prædictione conſentient? quàm multa noſtrâ, quàm multa patrum memoria contigerunt, vt diluuium ætate Noë, exuſtio Sodomorum, ſuffocatio Ægyptij exercitus in mari rubro, conſecuta alienigarum iugulatio & cædes, naturalis mors Iſraëlitici populi in infinita illa multitudine confecti; clades qua centum octoginta quinque millia Aſſyriorum momento temporis perierunt; calamitates & mala quæ Medis, Iudæis & Græcis acciderunt, atrocibus terra maríque commiſſis prœliis: & quæcunque id genus alia memoriæ prodita ſunt. Quin etiamſi hæc omnia prætereantur, ſatis multa huius rei teſtimonia nobis ſuppeditant, quæ noſtro ſeculo contigerunt. Quis enim neſcit magnam Bithyniæ metropolim, vnam ex præſtantiſſimarum vrbium numero? quis latam ac ſpatioſam ignorat Thraciam? illam terræmotu ac igne, hanc bello repente funditus eſſe euerſam? quot ibi pueri, quot infantes, iuuenes, ſenes, liberi & ſerui, victores & victi, diuites, pauperes, valentes, ægroti, denique omnes puncto temporis interierunt; omnes ex æquo abſumpſit ignis; domus loco ſepulchrorum fuêre omnibus. Vbi ſunt ſiderum coniunctiones, quæ diuerſas vitæ formas hominibus præfiniunt? num omnes illi eadem aſtrorum conſtitutione nati fuerunt? num omnium natalitium ſidus fuit Cancer, omnibusq́ eám ſortem deſtinauit? Atqui diuerſitas, penè dicam infinita, ætatum & honorum teſtis eſt, non omnes vno tempore fuiſſe progenitos. Quocirca ſi

diuerſo

diuerſo quiſque tempore natus, in parem nihilominus calamitatem incurrit: nónne vel hæc euenta prædictionem leuitatis & inconſtantiæ conuincunt? Sed eſt, inquit, & nauis & vrbis, gentis & cuiuſuis rei fatum, quod ex primo aſtrorum ſitu totum deinde ſtatum conſequentem conſtituit, & cauſam continentem ac ſuperiorem in gubernandis rebus contentis ac inferioribus neceſſariò iuuat. Quis ergo, inquam, eſt nauium ortus? quis ciuitatis? vnde originem trahit qualibet gens? Cædit materiarius materiam; eam venalem habet negotiator lignorum, nauium opifex pecunia redimit, partitur opificium in operarios. alius enim ſerra lignum ſecat in aſſeres; alius carinam fabricatur; alius erigendis tabulatis dat operam: hic proram, ille puppim extruit: huic malus, illi antenna curæ eſt: quidam ex lino rudentes texunt, clauum gubernator curat: quidam foros & velum conficiunt; quidam nauem etiam picturis exornant: nonnulli pice iuncturas perungunt, & in medio ſentinam conſtrúunt. Neque omnes ſimul ſuum faciunt opus, ſed alius iam, alius paulò pòſt: ille cæptum iam ad finem perduxit; iſte etiamnum laborat. In quo igitur tempore fatum nauis ſapientes collocabunt? num in eo, quo lignum emitur, cæditur, aut tractatur; an quo ferrum auehitur; an quo clauis aſſeres compingũtur? Nam cùm multa & diuerſa diuerſo tempore ſtudia conatusq́ aduerſus naufragium adhibeantur: quodnam tempus naui fatale aſsignabis, vt inſtante interitus neceſsitate vectores vnà ſecum perdat? Quid iam dices de ciuitatibus?

bus? an tum in eas dominari fatum putant, cùm ij qui eam in rem incumbũt, de condendis conſilium capiunt; an cùm naturam loci conſiderant; an cùm exemplar efformant aut fabris ferrum aduehunt, aut lapides reponunt, aut materiam comportant? Quidnam ex his eſt principium conſtituendæ ciuitatis? Quid porrò dices de gente bellicis calamitatibus attrita? Quæ tandem aut vnde orta aduerſa ſors alios interimit, alios captiuos in ſeruitutem redigit? Quî factum eſt vt Annibal aut Cæſar aut Alexander Macedo fata æquarent omnium quibuſcum bellum gerebant, vſque eò neceſſitate illa valentiores, vt iiſdem planè & æqualibus hoſtium malis omnia diriperent? Sed enim minimè veriſimile eſſe, eadem ciuitatum fata, eoſdemq́; ſtellarum ſitus efficere, vt terræmotibus quaſſatæ ruina opprimantur; ex eo perſpicere quiuis poterit, quòd nemo neſciat huiuſcemodi terræ affectiones non ſolùm in locis habitatis, ſed etiam in inhabitabilibus exiſtere. Si quis Sangæorum montẽ in Bithyniæ finibus ſitum vel ipſe vidit vel aliis referentibus audiuit, quod dicam verum eſſe comperiet, totum iugum in viam ſubſediſſe, ac terribile prætereuntibus præbere ſpectaculum. Eiuſmodi quoque ſunt Paphlagoniæ affectiones, vbi etiam habitationes hominum his modis vnà ſæpe conuulſæ ſunt: atque ideo cùm tales motus oriuntur, locus ille ab incolis deſeritur. Quid ſigillatim dicere opus eſt Cyprios, Piſidas & Achiuos: apud quos harum rerum multa ſunt indicia. Verùm cuius gratia mentionem earum fecimus, id dicam, omnes eiuſmodi motus

terræ

terræ eſſe affectiones. Si ergo ita accidat vt etiam hominum habitatio eo in loco inueniatur; ipſi quoque infortunium illud loci neceſſariò participant: ſin is ab incolis ſit vacuus, infortunium loci hominibus damni dat nihil. Quæ igitur eſt fati neceſſitas, cùm ex æquo loca habitata & inhabitabilia huiuſmodi affectionibus ſint obnoxia? Nam ſi poſſent demonſtrare terram particulatim ac non vniuerſam ſimul conditam eſſe: vaniloquentia iſta ſpeciem fortaſſis aliquam præ ſe ferret, certâ ſiderum coniunctione certæ parti terræ connexâ, hoc aut illud neceſſariò fieri. Quoniam verò omnia ſe mutuò complectuntur, cœlum, terra, mare, atque vt Moyſes ait, terra etiam prius condita eſt quàm aſtra cum motu ſuo: cur eorum quæ in certis terræ partibus eueniunt, cauſam ad ſiderum referunt motionem? Quapropter cùm terra ſit aſtris æquæua, neque vllam inde vel concidendi vel perdurandi cauſam capiat; cumque in certis partibus eiuſmodi exiſtant affectiones: non vtique fati neceſſitas, ſed alia quædam iis in locis iſtorum caſuum propria cauſa eſt. Quando igitur tale quippiam terræ accidit, atque eiuſmodi aliquæ calamitates inde oriuntur, etiam incolis ruina obrutis: quid dicunt, qui fatum adorant, & aſtrorum motum rebus præeſſe opinantur? quî fit vt occidat infans, adoleſcens, vir, pater, ſenex, nobilis, patricius, mercenarius, vinctus? cur neque tempus naſcendi, neque diſcrimen dignitatis vllum prohibet, quò minus pari calamitate inuoluantur? Adhæc

quis ignorat extremum malum eſſe, corpus cum filia commiſcere, violare matrem? quod ſi quadam ſortis neceßitate fieret, vtique apud nos quoque fieret: nunc autem apud ſolos Perſas & qui illorum edocti ſunt inſtituta, flagitium hoc perpetratur. Ex quo planum fit ſortem ac fatum eſſe cuiuſq; voluntatem pro arbitrio quod libet amplectentem. Præterea ne quid tale poßint dicere, in certis locis proprias quaſdam aſtrorum motiones reperiri, atque ideo alios matres ducere in matrimonium, alios occidere hoſpites, & humanas vorare carnes, quòd certus quidam aſtrorum ſitus vim ſuam in illos priuatim exerceat: tametſi hæc prorſus indoctorum hominum ſit oratio, neque rerum contemplationi deditorum, ſed exiſtimantium certa terræ ſpatia certis portionibus ſuperis circumſcribi (ſic autem terreſtria forent potiora cœleſtibus, ſiquidem horum conſtitutio ex illorum conditione penderet) tamen hoc quoque argumentum adiiciam, quo magis illorum falſa refutetur opinio; omnes propemodum terræ partes à gente Iudæorum fuiſſe habitatas; orientales, auſtrales, mediterraneas, occidentales, ſeptentrionales; gentes denique ferme omnes promiſcuè cum Iudæis habitaſſe. Quid ergo cauſæ erat, cur nulla ſiderum neceßitas in vllo eorum valuerit, vt quempiam gentilem præſtaret indemnem, ſed quamuis ſint infinitæ coniunctiones aſtrorum diuerſæ, qualis quiſque forte fortuna natus eſt, talis ſemper eſſet, ac præfinitis diebus damnum natura eius faceret. Hoc loco ille,

ille, Nondum iſta quidem, inquit, apud nos explorata ſunt, qua ratione res apud multas gentes legibus conſtitutæ imminens ex aſtris fatum euitent: futurorum tamen prædictio magno argumento fuerit, fatum cuiuſque eſſe ineuitabile. Quomodo enim quiſpiam non falsò præuideret, quot annos hic aut ille ſit victurus, quæqúe ei ſint euentura, niſi aliqua neceſſitas & illi hæc ita futura decreuiſſet, vt non poſſint non fieri, & prænuntianti per certam numerorum obſeruationem palàm feciſſet. Ego verò *ſatius eſſe aiebam, me rerum huiuſcemodi ignarum videri, quàm noſtrorum dogmatum rudioribus anſam præbere riſus: veruntamen neglectis quæ ridiculè nobis obiicerentur, quàm poſſem pauciſſimis omnem earum rerum cauſam complexurum.* Eſt, *inquam, hominum generi naturâ hoſtis, vis quædam bonæ naturæ aduerſaria.* Cuius *rei ſexcenta eáque euidentia afferri poſſunt argumenta; ſed non arbitror neceſſarium eſſe in præſenti perſequi ordine omnia quibus fidem facere queam.* Cùm *ergo diuinæ naturæ quoduis bonum ſiue cogitatum ſiue nominatum conueniat, à qua proficiſcitur vita, lux, veritas, iuſtitia, ſapientia, immortalitas, & quicquid boni beneuolus animus poteſt concipere: cùm, inquam, talis ſit diuina natura, ac talia largiatur; aduerſariam quandam vim cuiuis bono oppoſitam, eſſe, omni ex genere colligimus. Quæ proinde loco vitæ mortem, loco veritatis fraudem, loco cuiuſlibet boni oppoſitum malum hominibus irrogat: quippe cui id gra-*

tum ſit, quod naturæ humanæ exitioſum. Sed quemadmodum qui veneficia exercent, lethale pharmacum melle reddunt dulce, non eo animo vt comedentis guſtatum oblectent, ſed ne lethale eſſe ſentiatur: ſic mortifera illa natura, cùm in animo habeat, hominem inducere, vt à bona natura deſciſcat; bonarum rerum formas induit, ac prædictionibus & medicamentis latentes inſidias ac fraudes tegit: vt miſeri mortales ad id intenti, idq́ bonum eſſe rati, illius quod naturâ bonum eſt, deſiderio ne teneantur. Quomodo autem accidit, vt quis per fraudem aliquam ſe futuri quippiam profiteatur prædicturum: ſic & fraudulenti dæmones faciunt in iecoris contemplatione, in auguriis, in ominibus, in manium euocatione, in vaticiniis ex natali petitis: cum quodlibet horum non eodem ſed diuerſo modo futurum præſignificent. Itaque vt qui ex inſpecto iecore, aut ex omine quopiam coniectat, aut ex aſpectu volantis auis; non per fati neceſſitatem ea ſe prædicere pollicetur: ita cùm huiuſce vaticinationis ſit vnica cauſa, fraus videlicet & opera dæmonum; quoniam aliquid prænuntiatum aliquando perfectum eſt (ſi tamen omnino perfectum eſt) non continuò fati vis demonſtratur, quia omne vaticinationis genus habere vim ſuam ex fato, iure diceretur. Sic vnum fatum horarum eſſet horarium, aliud ex palpitatione, aliud ex auguriis vel ominib. vel quibuſdam ſymbolis conſtaret. Quòd ſi in his nihil prohibet, quo minus vaticinatio ſit ſine fato: neque ſi qui

fortuiti

fortuiti euentus cum prædictione conſentiant, ſatis id fuerit vt probetur, non facilè talia contingere. Quanquam neque certæ & indubitatæ diuinationes ſunt eorum, qui eam artem profitentur, ſed multa ſibi effugia prouident, vt ſi contrarius euentus vanitatis eos coarguat, poßint euadere, prolatis rationibus quas præmeditantur. Ex quo efficitur neque ſcientiam eorum vllam eſſe, niſi vt in eum qui in hora indicanda errauerit, culpam conferant erroris, ſicq́ prædictiones ambiguè & in vtramque partem paratas inſtituant; vt quicquid euenerit, id prædictum eſſe videatur idq́ res noſtra memoria geſtæ teſtantur. Valente enim Romanorum Imperatore talis fraus & impoſtura quendam ad imperium affectandum permouit. Animos illi quidem faciebat audacioremq́ reddebat Genethliacorum prædictio; ſed exitus conatuum eiuſmodi fuit, vt ipſe ſummis magiſtratibus geſtis clarus, fieret magnitudine calamitatis inſignior: idq́ patrocinium Genethlialogiæ pleriſque viſum eſt, quòd res proſperæ viri aduerſas exæquaſſent. Verùm ego falſis iſtorum prædictionibus ad fatum refellendum non nitor: ſed illa potius ratione, quòd fallaces ac ſubdoli dæmones multis etiam aliis modis vaticinationes fraudulenter comminiſcuntur. Nam diuinatoria quædam aqua epota in mentis errorem & inſaniam inducit: & ſpiritus ſupernè per quoddam orificium permeans, intráque fœminea viſcera receptus, & vtero exitium & menti furorem ac delirium conciliat. Quæ omnia, diui-

na & vaticinia videntur errore deceptis. Quin etiam omnes illi, qui ex iecore aut ſignis quibuſdam ignis, aut ex auium volatu futura coniectant, vim vaticinij non ad fatum, ſed ad inſuperabilem quendam dæmonem referunt. Quare exiſtimo aut non eſſe omnino vera vaticinia, quòd multis euentibus contrariis conuelluntur: aut ſi quis oſtendat fatum præſignificare aliquem futurum euentum; quod in aliis omnibus ita vti prænuntiata fuerant, euenientibus reperimus, id in huiuſmodi quoque vaticinationis genere neceſſariò reperiri cenſemus. Par enim in his omnibus eſt ratio, vt fatidici vbi in pleriſque errauerint, in quibuſdam certè futurorum euentuum veritatem vaticinatione videantur aſſecuti. Atque inſtar fraudulentorum dæmonum eam rem omnes cogitationes conferunt & curas, vt hominem eò redigant ne oculos ad Deum conuertat, ab eóque omnia bona obtineat: atque adeò conſilium, quo homines ſimplices & fallaciis obnoxij à diuina voluntate amplectenda reuocantur ad huiuſmodi aſtrorum coniunctionem ac vim inde defluentem; maximè ad malignorum dæmonum ſpectat ſcopum. Itaque ſi iucundum eſt dæmonibus animos hominum ab amicitia Dei auertere, ſiq́ue auertit iſtarum rerum fallacia: perſpicuum fit id dæmonum quoddam eſſe opus, comparatum ad decipiendos eos, qui omnem illam vim hîſce rebus contineri opinantur, neque oculos ad Dei ſummam conuertunt poteſtatem.

D. GRE-

D. GREGORII NYSSENI ORATIO CONTRA VSVRARIOS.

HOMINVM *virtutis ſtudioſorum, & qui mores ex rationis præſcripto formant, vita continetur bonis legibus & præceptis, in quibus videre eſt legiſlatorem duo generatim ſpectare: Alterum, vt mala vetet; alterum, vt ad honeſtas actiones ſuſcipiendas ſingulos incitet. Non enim fieri poteſt, vt quis in ſocietate ciuili vitam ad recti & temperantiæ normam componat, niſi totis viribus improbitatem fugiat, virtutemq́ maximo ſtudio perſequatur. Coacti igitur hoide quoque in vnum, audiuimus, quomodo propheta, peſtifera fœnoris germina, vſuras inquam, ſuccidat, & ex hominum conſortio funditus euellat pecuniæ ad vſuram elocationem. Noſtrarum partium erit, morem gerere prophetæ monitis, ne efficiamur illa petra, ſupra quam cum ſemen cecidiſſet, exaruit, nullumq́ fructum protulit, ne fortè audiamus, quod olim ad præfractos & intractabiles Iſraëlitas dictum eſt: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, nec tamen videbitis. Rogo autem omnes quicunque audituri ſunt, vt me audaciæ & inſipientiæ non condemnent, quod cum vir diſertus, & in rebus ad diuinam philoſophiam ſpectantibus, magni nominis, & in omni dicendi genere admodum exercitatus,*

& in hac ipſa materia præclarè verſatus orationem contra fœneratores inſtruendæ vitæ reliquerit, ego in eandem arenam deſcenderim, iunctis boum aut aſinorum paribus, quibus contendam cum equis victoriæ corona redimitis, ſemper enim cum grandioribus viſuntur nonnulla humiliora. Nam onerariam nauem, quæque millenis mercibus referta à ventis hinc inde impellitur, ſequitur exigua quædam cymbula, idem ſecans æquor; viriſq; athletico more & ritu depugnantibus, eadem lege digladiantur & pueri. Hæc igitur noſtra ſit petitio. Tu verò, quem alloquor, quiſquis es, odio habeto mores cauponum, cùm homo ſis. Ama homines non pecuniam, obſiſte tantiſper peccato. Inſona aliquando gratiſſimis tibi vſuris vocem illam Ioannis baptiſtæ: Genimina viperarum abite à me. Pernicies eſtis iis, qui vos retinent & accipiunt. Paululum oblectationis adfertis, ſed temporis progreſſione virus à vobis ſparſum, fit animæ acerbum oblectamentum. Regni cœleſtis fores clauditis, Modicum quidem oculos aſpectu, tinnitúque veſtro aures recreatis, interim æterni doloris cauſa & origo eſtis. Hæc vbi dicta, valedic ſuperfluæ rerum copiæ & vſuris, pauperumq; amorem in te excita; & illum qui mutuum petit, ne auerſeris, ob inopiam tibi ſit ſupplex, foribúſque tuis aſſidet; cùm egens ſit, confugit ad tuas copias, vt ab eo egeſtatem depellas. At tu contrarium facis, Opitulator vertitur in hoſtem, non enim opem fers, vt ex illa, qua premitur inopia, euadat; ſed ſeris afflicto mala, nudum

exuens,

exuens, vulneratumq́ denuò vulnerans, curas curis accumulans doloresq́ doloribus addens; Nam qui pecuniam cum fœnore reddendam accipit; pignus & arrham paupertatis accipit: ſpecie beneficij exitium domum reportans; quemadmodum enim is, qui precibus victus febricitanti, & quem vehementiſsimus calor, ſitisq́ nimia exagitat, poculum porrigit, exhilarat quidem ægrum perbreui tempore, dum poculum exhaurit; non longè vero pòſt acerbiſsimam & decuplo grauiorem febrim miſero parit; ſic & qui egeno pecuniam ſub fœnore commodat, neceſsitatem illius non ſubleuat, ſed calamitatem potius auget. Ne vixeris igitur ſpecie humanitatis vitam inhumanam & efferatam; neque eſto medicus, qui perimat, nomen quidem & formam præ te ferens quaſi ſerues; ſicut & ille propter artem, voluntate autem tua & animo ad alterius, qui ſe tibi committit, perniciem abutens. Segnis & inſatiabilis eſt vita vſurarij. Neſcit laborem agrorum colendorum. Mercaturam non exercet; ſed vno in loco conſidens immanes domi ſuæ feras nutrit. Vult omnia ſibi ſine ſatu & inarata progigni, cui quidem aratrum eſt, calamus: ager, charta: ſemen atramentum: pluuia, tempus, quod illi pecuniæ fructus occultis incrementis adauget & educat. Falx illi eſt, repetitio: area, domus; in qua miſerorum fortunas ventilat. Cùm videt omnia eſſe alicuius propria, imprecatur hominibus calamitates, vt coacti ad ipſum confugiant, odit, qui rebus ſuis contenti viuunt; & quos ſibi

conſpicatur non eſſe obæratos, in hoſtium numero habet. Aſsidet curiæ & foro, vt inueniat, quem ſors aduerſa affligit. Exactores & procuratores ſuos ſemper ſequitur, vt vultures caſtra & acies. Circumfert autem loculos, vt miſeris eſcam oſtendat: vt ei ob neceßitatem inhiantes, deuorent ſimul vſuræ hamum. Quotidie numerat lucrum, ſuamq́ue cupiditatem minimè explet. Dolet ob argentum domi repoſitum; quod otioſum eſt & infructuoſum. Imitatur colonos, qui ex aceruo frumenti ſemper ſemẽ petunt. Non relinquit miſerandum aurum intactum, ſed ex manu in manu transfert. Aſpicis igitur opibus diuitiisq́ue abundantem; ſæpe domi ſuæ ne vnum quidem nummum habere; ſed omnes ſpes eius in charta ſitas, omnesq́ue fortunas in pactis & conuentis, qui nihil habet, & omnia poßidet, contrario modo Apoſtolicis monitis vitã inſtituens; qui omnia largitur petentibus, non humanitatis, ſed cupiditatis gratia. Eligit enim pauperiem ad nonnullum tempus, vt pecunia inſtar laborioſi ſerui operans, cum mercede ad ipſum reuertatur; Vides vt ſpes futuri lucri exinaniat domum, efficiatq́ue vt inops ſit, cui alioquin multum auri ſuppetit. Huius verò quæ nam cauſa? Scriptura in papyro conſignata, & pactio ſeu promißio afflicti. Reddam cum fœnore. Reſtituam cum lucro ſortem. *Deinde inſto & admoneo, vt ne fidem fallat. Et debitor quidem licet inops fidem facit ob ſyngrapham. Deus autem qui diues eſt, licet multa polliceatur clara & ſonora voce, non tamen audi-*

auditur; Da & ego reddam; clamat in Euangeliis, in publico totíque terrarum orbi noto chirographo, quod quatuor, loco & vice vnius ſcripſerunt, cuius teſtes omnes Chriſtiani à temporibus partæ ſalutis exſtiterunt. Habes paradiſum pignus, pignus vtique dignum, quo fidenter nitaris. Quod ſi & hîc aliquid quæris, totus mundus probi debitoris poſſeſsio eſt. Curioſè circumſpice copiam, qua abundat is, qui beneficium abs te petit, & inuenies ipſius diuitias, Nam omnes auri argentíque ſodinæ debitoris poſſeſsio ſunt. Omne metallum argenti & æris & id genus aliorum Dominio & imperio ipſius ſubiicitur. Reſpice in totum cœlum, qua patet. Mente concipe maris infinitatem. Cogita terræ latitudinem; Numera, quas nutrit feras. Omnia ſubiecta ſunt illius potentiæ, cuius tu paupertatem contemnis. Moderatus & æquus eſto. Ne iniuria affeceris Deum. Neque æſtimes Deum inferiore & inhonoratiore loco eſſe quàm trapezitas; quibus, ſi ſpondeant, abſque dubio credis. Da ſponſori immortali. Crede chirographo inaſpectabili quidem, ſed eiuſmodi tamen quod perdi nequeat. Ne exigas lucrum, ſed impende beneficium ſine ſpe quæſtus, videbisq́; Deum non ſine additamento rependere gratiam. Quod ſi hæc oratio tibi peregrina & præter opinionem accidit, in promptu habeo teſtimonium, quo perſpicuum ſit Deum piè ſumptus & impēſas facientibus multis variisq́; modis reponere vicem; Petro enim interrogante & dicente: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te,

quid

quid ergo erit nobis? Amen dico vobis, inquit, omnis qui reliquerit domos, aut fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, centuplum accipiet, & vitam æternam poßidebit. Vides liberalitatem? vides bonitatem? Et valde quidem impudens fœnerator laborat, vt ſortem duplicet: at Deus ſponte ſua, ei qui fratrem ſuum non opprimit, centuplum reddit. Obtempera igitur Deo conſulenti vſuraſq́; peccato non obnoxias referes. Cur te haud ſine ſcelere curis conficis, dies numerans, menſes computans, ſortem animo reuoluens, incrementum ſomnians, metuenſq́; diem præſtitutam, ne infructuoſa veniat inſtar illius æſtatis, qua grando fruges contudit. Curioſè & anxiè inquirit fœnerator in omnes debitoris actiones, in peregrinationes, in egreſſum, progreſſum, mercaturam; & ſi fama oriatur infauſtior, quod ſcilicet quidam in latrones inciderit, vel euentu aliquo inops ex opulento euaſerit; ſedet iunctis manibus, aßiduè gemit, ſæpius plorat, voluit chirographum, lamentatur in literis illis aurum; efferens contractus tabulas non ſecus atque veſtem filij mortui; acerbioremq́; adhuc illarũ adſpectu exſuſcitat dolorem; ſi autem mutuum fuerit nauticum, littoribus aßidet, deflet ventorum procellas & tempeſtates, perpetuò examinat euntes & redeuntes, num quid alicubi de naufragio ſit inauditum, num qui alicubi periculum adierint; conſtringit & angit quotidiana ſollicitudine animum. Huic igitur dicendum eſt: deſiſte ô homo à periculoſa cura. Abiice

ſpem excruciantem; ne fœnus quærens amittas & ſortem. A paupere exigis reditus & augmenta tuarum diuitiarum; ſimiliter facis ac ſi quis ex agro calore ingenti exſiccato accipere vellet frumenti aceruum, aut vuarum multitudinem ex vinea poſt immiſſam grandinem, vel liberorum prouentum ab infæcundo ventre, vel lactis nutrimentum à fœminis quæ non pepererunt. Nullus conatur ea quæ ſunt præter naturam & impoßibilia, nam præterquam quod nihil efficeret, aliis etiam riſui & ludibrio eſſet. Solus Deus adeo eſt omnipotens, vt ex rebus deſperatis & depoſitis elicere poßit non parum emolumenti, quippe qui faciat ea, quæ præter omnium ſpem & exſpectationem eſſe ſolent, modò quidem imperans vt ex rupibus aqua profluat; rurſus ex cœlo, quaſi pluuiam, demittens panem inſolitum & nouum, iterumq́ue dulcem efficiens amaram illam myrrham contactu ligni, præterea Elizabethæ infœcundum vterum fœcundans, Annæq́ue Samuelem & Mariæ Virgini primogenitum donans. Hæc ſolius omnipotentis dexteræ ſunt opera. Tu verò æris & auri rerum parere non ſolitarum, ne quære fœtum, neque coge paupertatem ea quæ diuitum ſunt præſtare, neque vſuras pendere illum, qui ſortem petit, aut neſcies quam mutui expoſcendi neceßitas digna ſit miſericordia. Quapropter diuina quoque ſcriptura, quæ nos ad omnem pietatem informat; vbique vſuras prohibet; ſi fratri tuo mutuam dederis pecuniam, non vrgebis illum; Accedit quod ipſa

gratia,

gratia, quæ omnis omnino bonitatis abundantiſſimus fons eſt, remiſſionem debitorum lege ſancit quàm liberaliſſimè his verbis: Non *dabitis mutuum his à quibus ſperatis recipere vicem, & alibi ſub ſpecie parabolæ, durum & immitem ſeruum grauiter puniit, quod conſerui procidentis non fuerit miſertus, neque remiſerit certum denarios, exiguum videlicet debitum, qui decies mille talẽtorum condonationem fuerat conſecutus, ſaluator porro noſter omniſquè honeſtatis Magiſter, cùm diſcipulis ſuis modum orandi nihil ſuperuacanei continentem præſcriberet, hunc etiam adiecit precandi formulæ articulum, quaſi qui maximè valeat ad exorandum* Deum: *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Hoc *quomodo à* Deo *poſtulabis ô fœnerator? Qua conſcientia voti tui à* Deo *particeps fieri cupis, qui omnia accipis, & nihil dare noſti? An neſcis preces tuas nihil eſſe aliud quàm inhumanitatis tuæ repetitionem? Quid remiſiſti; quod remiſſionem petis?* Cuius *miſertus es, quod miſericordiam imploras.* Et *ſi des eleemoſynam, inhumanitatis tuæ exactiones, an non plena eſt alienarum calamitatum, lachrymarum & gemituum? Quod ſi inops ſciret, vndénam largiaris eleemoſynam, vtique non acceptaret, refugiens videlicet guſtare fraternas carnes, & ſanguinem ſuorum familiarium, téque ſermone moderata quadam libertate pleno cohortaretur;* Ne *me mi homo, alas fraternis lachrymis.* Ne *dederis panem pauperi confe-*

ctum

ctum ex gemitu egenorũ meorum ſodalium. Redde fratri tuo, à quo iniuſtè ſurripuiſti, & grates agã. Quid vtilitatis affers dum multos efficis inopes, & vnum cõſolaris? Si non eſſet tãta multitudo vſurariorũ nõ eſſet tanta copia pauperũ. Diſſolue tribũ & ſodalitium tuum, omnibusq́ſuppetent res neceſſariæ. Omnes accuſant fœneratores; nec malo huic mederi queunt Lex, Prophetæ, Euangeliſtæ. Qualia diuinus Amos intonat? Audite qui conteritis manè pauperem, & opprimitis egenos terræ, dicentes, quando tranſibit menſis, & venudabimus merces? *Neque enim patres tantopere lætantur generatione filiorum, quantum fœneratores fine menſium; quin & ſcelus ſuum pulchrũ obuelant nominibus; Humanum cenſum ſeu quæſtum appellitantes Ethnicorum inſtar, qui deas quaſdam odio in cunctos inflammatas, hominumq́ interfectrices nominant Eumenides. Itáne verò humanus cenſus? An non exactio vſuræ eſt, quæ domos euertit, diuitias diſsipat, efficitqúe, vt qui honeſto & nobili loco nati ſunt, deteriorem vitam viuant, quam ſerui; quæ quidem initio nonnihil delectat; poſteriores verò vitæ partes acerbo dolore complet. Quemadmodum enim aues, quibus aucupes inſidias tendunt, delectantur principio quidem ſparſa illis eſca, illáque loca frequentant, in quibus vberem & copioſum cibum reperiunt, paulò pòſt autem retibus captæ intereunt, ſic & qui fænebrem pecuniam accipiunt, perbreui. temporis ſpatio abundant, poſtea verò paternis*

ternis ſedibus excidunt. Cæterum omnis miſericordia exulat ab vſurariorum perditis & ſceleratis animis, cumq́ ipſam debitoris domum venalem proſtare aſpiciunt, non mouentur vlla commiſeratione, quin potius venditionem importunius adhuc vrgent, vt citius argento accepto alium quendam miſerum fænoris nexibus aſtringant, more indefeſſorum & inſatiabilium piſcatorum, qui vno gurgite retibus circumdato, omnibus qui in eo latent piſcibus captis, ad vicinos gurgites naſſas transferunt, & ab hoc ad alium, & ita deinceps, quoad omnia loca piſcatione ſua peragrarint. Qualibus ergo oculis tu qui talis es, in cœlum reſpicis? Quomodo petis remiſſionem peccatorum? Num fortè ob ſtuporem illud quoque oras; quod nos Saluator docuit? Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quam multi ob vſuras laqueo ſeſe interemerunt, vel præcipites in fluuios deiecerunt, tolerabiliorem rati mortem, quam fæneratorem, relictis filiis orphanis, quibus paupertas nouerca haud benigna & facilis eſſe cœpit. At verò præclari ſcilicet iſti vſurarij ne orba quidem domus miſerentur, ſed trahunt rapiuntq́ hæredes, quibus fortè præter laqueum hæreditatis nihil obtigit, aurumq́ poſcunt eos, qui victum ſibi ex aliorum liberalitate comparant. Cùm autem debitoris mors illis, vt par eſt, exprobratur, cumq́ nonnulli vt erubeſcant laquei mentionem faciunt, nullo penitus pudore ob hoc facinus afficiuntur, neque animo expaueſcunt, ſed potius

tius

tius ex pectore exulcerato verba fundunt plena impudentiæ: & num moribus noſtris, aiunt, adſcribetur, ſi miſer ille & impos mentis, infelici ſidere natus, neceßitate fati compulſus, violentas manus ſibi intulerit, philoſophantur enim vſurarij quoque & Mathematicorum Ægyptiorum diſcipuli fiunt, cùm opus eſt vt apologiam inſtituant pro piaculis & execrandis facinoribus & homicidiis ſuis. Talis igitur hoc ſermone compellandus eſt. Tu ille infauſtus ortus es, & illa infelix ſiderum neceßitas: ſi enim curam leuaſſes, & partem quidem partis dimiſiſſes, partemq́ accepiſſes cum remißione, non vtique odiſſet lucem tanquam odioſam, neque ſuiipſius carnifex exſtitiſſet. Et quibuſnam oculis tempore Reſurrectionis intueberis interfectum; venietis enim ambo ad Chriſti tribunal, vbi non vſuræ computabuntur, ſed vitæ ratio acta iudicabitur. Ecquid reſpondebis accuſatus incorrupto iudici, quando tibi dixerit: Habuiſti legem, Prophetas, Euangelicas præceptiones, omnes audiuiſti ſimul ingeminantes vna voce charitatem & humanitatem, his quidem monentibus; fratri tuo non fæneraberis; Aliis verò: pecuniam ſuam non dedit ad vſuram; Aliis: ſi mutuum dederis fratri tuo non vrgebis illum; At Matthæus in parabolis clamans, Dominíque mandatum annuncians, ait: Serue nequam, omne debitum tibi remiſi, quia rogaſti me; nonne oportebat & te miſereri conſerui tui, vt & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus tradidit illum tortoribus, quouſque perſoluerit omne debitum. Tunc ſera & infru-

ctuoſa pœnitentia duceris, luctusq́; grauiſſimus te inceſſet, & pœna ineuitabili punieris. Nec tibi adiumento erit aurum, nec opem feret argentum. Amarior felle erit fænoris acceptio. Hæc non ſunt nuda verborum terriculamenta; ſed ipſa rei veritas; quæ iudicium futurum prius teſtatur, quàm experientia cognoſcatur quod proinde vir prudens, & cui cura futuri, ſedulo cauere ſtudebit. Vt verò vtilitatis aliquid audientibus afferam, narrando quiddam quod in ædibus cuiuſdam fæneratoris ante illud Dei iudicium contigit, attendite: Etſi fortaſſis multi veſtrûm id, quod cõmemoraturus ſum, iam exploratum habeatis: Erat vir quidam in hac ipſa ciuitate, nomen reticebo, ne videar mortuum nominatim traducere velle; Huic fænerari lucríque aliquid ex deteſtandis vſuris capere, vnica ars erat. Correptus autem hoc auaritiæ morbo tenax & ſordidus in ſeipſum ſuosq́; euaſit; vt ſolent auari; quippe qui in menſa neque ſatis cibi apponeret, neque veſtes vnquam niſi ſumma neceſſitate coactus mutaret; neque liberis ſuis neceſſaria ad victum ſuppeditaret; nec balneis vteretur metu mercedis triobolaris; perpetuò in id vnum intentus, quomodo ſemper magis atque magis pecuniæ numerum augeret. Neque quenquam ſatis fidum crumenæ ſuæ cuſtodem arbitrabatur, non filium, non ſeruum, non trapezitam, non clauem, non ſigillum, in parietum angulis & receſſibus, lùto ſuperillito, inuiſas diuitias & ignotum aſſeruabat theſaurum; déque loco ad locum & de pariete ad parietem ſine intermiſſione transferebat; vt hac ratione

omnes

omnes lateret. Porro derepente ex hac vita decedens familiarium nemini indicauit, vbinam aurum defoſſum eſſet. Defoſſus igitur eſt & ipſe, hoc vnum ſcilicet lucratus, vt & ipſe defoſſus occultaretur. At liberi ipſius cùm ſperarent, ſe omnium ciuium fore ditiſsimos, omnia perſcrutabantur, ex aliis ſciſcitabantur, famulos examinabant, pauimenta ædium fodiendo aperiebant, parietes euacuabant, vicinorum & familiarium domos frequentes obibant, omnemq́ue lapidem, vt dicitur, mouebant, neque tamen vel obolum inueniebant, Viuunt autem in præſenti vitam extorrem domusq́ue & foci expertem, quotidie patris ſtultitiam deteſtantes. Tales igitur vſurarij veſter amicus & ſocius fuit, qui digno moribus ſuis fine vitam concluſit; fænerator ventoſus & leuis, qui cum innumeris moleſtiis ipſáque fame conflictatus, ſibi quidem æternas pœnas quaſi hæreditario iure comparauit, liberis autem ſuis inopiam reliquit. Neſcitis miſeri, cui opes corrodatis & congregetis. Euentus rerum varij ſunt; impoſtores infiniti, inſidiatores & prædones terram turbant & mare; videte ne amiſſo auro potiſsimum veſtrum lucrum ſit peccatum; ſed oratio hæc, aiunt, nobis odioſa eſt & grauis: Noui & ego veſtrum murmur dentiumq́ue fremitum; etſi vos ex hoc loco ſuperiore ſæpius in recta ſententia firmare coner. Inuidet, inquiunt, iis, qui beneficiis afficiuntur & egentibus. Ergo à mutuo dando ſuperſedebimus. Et quam vitam agent inopes & afflicti? Digna profectò moribus iſtorum oratio; conueniensq́ue obiectio iis, qui diuitiarum tenebris obnubilati

 ſunt.

ſunt. Neque enim mentis iudicium ſatis firmatum habent, vt quæ dicuntur, intelligere poßint. Hinc monita rectè ſuadentium in contrariam partem accipiunt: vt enim me perorante minantur ſe pauperibus non daturos mutuum, ſic non ſine murmure minantur egenis ſeſe venientibus occluſuros ianuam. Ego quidem primùm dandum & donandum eſſe prædico & annuntio. Deinde ad mutuum quoque exhortor. Altera enim donationis ſpecies eſt mutuum, ſed addo hoc dandum eſſe ſine fænore & exactione vſuraria, eóque modo quo id diuina oracula præcipiunt. Æquè enim obnoxius eſt pœnæ, qui non dat mutuum, & qui dat ſub conditione vſuræ. Illius namque inhumanitas; huius verò cauponarius quæſtus meritò condemnatus eſt. At iſti vltro ad alterum extremum ſeſe conferunt, omníque modo à dando abſtinére volunt; quod ſanè impudens eſt propoſitum, & contra ius faſq́; furioſa contentio, liſqúe & bellum contra Deum. Vel enim non dabo, inquit, vel mutuum dans, contractum faciam fæneraticium. Contra vſurarios igitur ſatis hactenus dictum eſto; & accuſationis capita perſpicuè tanquam in foro & coram iudice demonſtrata ſunt; Deus largiatur eis pœnitentiam malè factorum; Ad illos autem, qui promptè dant mutuum, vſurarumq́; hamis ſeſe affixerunt, nullum verbum faciam, ſufficere ratus conſilium, quod diuinus dedit Baſilius in propria de hac materia concione, pluribus cum illis agens, qui inconſultè dant mutuum, quàm qui auaritiæ cauſa id faciunt.

AD

AD LECTOREM.

OCTAVVS ſyllogiſmus ita legitur in Codice Bauarico. Τῶν δὲ ἄλλων ἐναντιουμένων, οὐδὲν κοινόν, ὥστε πᾶσα ἀνάγκη τῷ θατέρῳ ὑπάρχον τῷ λόγῳ μὴ ὑπάρχειν, ὑπάρχει δὲ τῷ ἀγαθῷ τῷ εἶναι ἀγέννητον, τὸ ἄρα κακὸν οὐδέτερον τούτων ὑπάρχει, μὴ ὂν ἄρα τὸ κακόν. Decimus ſic habet: Εἰ ἀγέννητον τὸ κακὸν κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι, οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει. τὸ μὴ ἁμαρτάνειν οὐχ ὑπαίτιον, ὑπαίτιος δὲ ὁ σατανᾶς; οὐκ ἄρα ἀγέννητος.

Nec terrearis cum legis in Nyſſeno malum (culpæ) eſſe qualitatem; Accipit enim more aliorum etiam patrum, & nominatim germani ſui Baſilij, qualitatem latè, vt ſcilicet ſignificat omne illud, à quo aliquo tandem modo res denominatur *Qualis*, ſiue ſit priuatiuum, ſiue quiddam poſitiuum. Oratio contra vſurarios, cuius meminit Nyſſenus initio & ſub finem ſuæ concionis videtur eſſe Homilia ſecunda D. Baſilij in Pſalmum octauum, contra fæneratores.

Locus etiam ille fol. 31. μὴ χωροῦντα δὲ τὸν ἄνθρωπον, &c. ita verti poteſt. Hominem verò cùm propter nimiam iudicij imbecillitatem non caperet manifeſtationem verbi & mentis, ne ſpecie diuini cultus prolaberetur in multorum Deorum cultum, tempore procedente erudiebat tanquam infantulum creſcentem hæc noſtra mundi natura, velut ab anima quadam edocta à Deo & patre, vt obſcurè cognoſceret, & quaſi per quædam.

Cum facultate ſuperiorum.